Nec obest quod Christus sit fundamentum Ecclesiae, praeter quod nemo potest aliud ponere. Nam ut inquit Natalis Alexander, praecipuum quidem fundamentum est, propter supremam illam potestatem, quam Theologi excellentiae vocant, s. vero Petrus fundamentum est secundum a Christo. Christum praecipuum in aedificatione Ecclesiae fundamentum s. Augustinus agnoscit, sed s. Petrum fundamentum esse a Christo secundum praecipui ministerii ratione, minime diffitetur (1). Suffragatur clarissimus Mercanti ita scribens « Gesù Cristo è l'unico fondamento della sua Chiesa: ciò non si pone in dubbio se s'intenda ad esclusione di qualunque altro fondamento primario e principale di sola propria virtù stabilito; non si concede per altro se s' intenda ad esclusione di un fondamento secondario allo stesso Cristo subordinato, e che da lui solo la virtù riceve onde sostenerne solidamente, e governarne la Chiesa. Tale si è la risposta desunta dalla dottrina del gran Pontefice s. Leone » (2).

Neque nobis obsunt, inquit Politi, quae nonnulli objiciunt Christum videlicet esse petram, qua Ecclesia est inaedificata. Clamant illi quidem Jesum Christum esse

(1) *Natalis Alexander Hist. Eccl. saec. 1. dissert. 4.*

(2) *Mercanti Compendio di Dritto Canonico tom. 1. tit. 10. sezione* 6. *pag.* 412. §. 65.

S. Leo serm. 3. *in Annivers. suae assumpt. sic Christum loquentem inducit « Ego fundamentum praeter quod nemo potest aliud ponere, tamen tu quoque Petra es, quia mea virtute solidaris, ut quae mihi potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione communia. »*

petram, esse lapidem angularem , esse fundamentum Ecclesiae, et si me audient, addent etiam primarium. Num quia Christus est fundamentum Ecclesiae Petrus esse non potest? Negat Hieronymus (1). Negat B. Leo (2). Negat denique Maximus Taurinensis Episcopus (3).

ARTICULUS VII.

Inane prorsus est adversariorum objectum ex eo petitum quod Ecclesiae caput sit solus Christus.

Adversarios equidem dictitare audio solum Christum Ecclesiae caput esse; at Ecclesiae caput principale et invisibile est solus Christus concedo, inquit Veith (4); caput in terris visibile nego, Papa non est caput visibile et primarium concedo, non est caput visibile et Christo subordinatum nego. Licet duo capita in uno corpore physico monstruosa sint, non tamen in corpore morali, seu mystico Ecclesiae, praesertim quia duo ejusdem capita (invisibile et visibile) in diverso sunt ordine, et diverso modo in Ecclesiae corpus influunt. « Ut in Republica temporali, inquit Bellarminus, caput omnium principale Rex est, sub rege deinde capita sunt provinciarum, ii qui dicuntur Proreges, et sub Proregibus plura capita sunt Urbium singularum, certi quidam Praetores, nec tamen regnum ob tot capitum multitudinem monstrum videri ullus unquam scripsit; ita in Ecclesia Dei summum caput omnium hominum et angelorum Christus est; sub

(1) *Hieronym. in Jerem. c.* 16.

(2) *B. Leo serm.* 3. *de Ann.*

(3) *Maximus Taurinensis Episcopus l.* 1. *in Nat. ss. Petri et Pauli. Vid. Politi Jurispr. Eccles. univ. t.* 1. *q.* 4. *pag.* 91.

(4) *Veith dissert. contra systema Richerii de Eccl. ut polit. potest sect.* 2. *cap.* 1. *art.* 1. *n.* 9.

Christo in terris caput omnium christianorum est Pontifex Maximus, sub illo Episcopi etc.

« Chi opponesse, inquit Bacchinius, Cristo è l'unico, il sovrano, l'onnipotente principio della Chiesa, dunque non vi possono essere ministri, e dicesse, ripugnare che Pietro fosse quello in cui principalmente risiedesse il ministero, meriterebbe egli d'essere ascoltato? Ora argomenta nell'istesso modo, chi servendosi delle allegorie, dice, che Pietro non era capo perchè l'unico capo è Cristo; poichè l'allegoria nulla più significa, di quello porti il proprio, ed applicata a Cristo, a Pietro, agli apostoli, a' ministri, dee intendersi con la diversa proporzione, che fonda la ragione per l'allegoria. Ma giacchè non è ristretto l'uso delle allegorie solamente alle suddette, prendiamo l'altre due, che debbono riceversi come prese dalla Scrittura. Cristo Signor nostro è sposo della Chiesa, e la Chiesa è sposa di Cristo; ora, dico io, questa sposa come tale ha d'avere il suo capo distinto dallo sposo. So che l'uomo si dice *Caput mulieris* da s. Paolo, ma il senso in cui si reca non toglie, che la donna non abbia il suo capo, siccome che *omnis viri caput sit Christus* non dee credersi che renda l'uomo senza capo materiale, ed anco allegorico o politico. S. Agostino (1) congiunge insieme le due allegorie applicate alla Chiesa rispetto a Cristo, di corpo cioè, e di sposa, ed in lei come sposa conosce la diversità delle membra . . . V'è senso dunque in cui Cristo, anco come sposo della Chiesa è capo della Chiesa; ma non per questo la Chiesa come sposa deve avere la maggiore delle deformità, d'essere cioè senza suo capo proprio, col quale insieme è sposa di Cristo . . . . Aggiungiamo l'altra allegoria, e diciamo che la Chiesa è il corpo, e Cristo è l'a-

(1) *De Doctrina christiana lib.* 1. *cap.* 16.

nima, e veramente egli è quello spirito sovrano, nel quale, e per lo quale tutta la Chiesa cresce, si muove, vive spiritualmente, e si nutrisce. Secondo questa sì giusta allegoria nel corpo della Chiesa deve esservi l'organico; cioè deve esservi capo, membra, in cui operi l'anima » (1).

ARTICULUS VIII.

Etiamsi Apostoli quoque Ecclesiae fundamenta dicantur, nihilominus Petri primatus firmiter consistit.

Nec obest Apostolos dici etiam fundamenta Ecclesiae. Advertit siquidem Natalis Alexander, Apostolos dici Ecclesiae fundamenta multiplici sensu. 1. Quia Ecclesias ubique fundarunt . . . . . 2. sunt praeterea Ecclesiae fundamenta ratione doctrinae divinitus revelatae. 3. Dicuntur Ecclesiae fundamenta ratione gubernationis. Si duo priores modi spectentur, aequo jure Ecclesiae fundamenta nuncupari possunt apostoli, atque ita aedificamur super fundamenta apostolorum et prophetarum. Si tertius attendatur, id soli Petro velut ordinario Pastori concessum est; aliis autem jure quodam extraordinario, ut Legatis pro Christo (2).

« Anche gli altri apostoli sono chiamati da s. Paolo fondamenti della Chiesa. Ciò è vero in un senso reale, inquit Bolgeni, poichè tutti gli apostoli fondarono chiese qua e in là, e tutti concorsero alla prima costruzione dopo Gesù Cristo, dell'edifizio di questa casa spirituale. Ma s. Pietro è fondamento della Chiesa in un senso particolare

(1) *Bacchinius contra Piceninum lettera* 16. *vid. Auctorem oper. cui tit. Italus ad Febronium tom.* 1. *pag.* 52.

(2) *Natalis Alexander Hist. Eccl. saec.* 1. *dissert.* 4. *vid. s. Hieronymum lib.* 1. *contra Jovinianum, vid. etiam Gerdil tom.* 12. *pag.* 307. *ac Zaccaria anti-Febronio dissert.* 1. *cap.* 6.

non conveniente agli altri, in quanto tutte le chiese da qualunque Apostolo fondate, debbono essere dipendenti da s. Pietro, come capo supremo, e posare dirò così sopra di lui. Una Chiesa fondata, e governata da un Apostolo, poteva non aver dipendenza da un altro Apostolo, il quale nulla s' ingerisse nel governo della medesima : ma da s. Pietro doveva dipendere necessariamente per non esser scismatica, e per appartenere al corpo della Chiesa Cattolica. » (1)

ARTICULUS IX.

A veritate prorsus recedit Richerii assertio Christum nempe fundando Ecclesiam prius immediatius claves seu jurisdictionem toti dedisse Ecclesiae quam Petro.

Petavius (2) tradit doctrinae summam a Richerio scriptam initio operis sui « Christum fundando Ecclesiam, prius immediatius, atque essentialius, claves, sive jurisdictionem toti dedisse Ecclesiae quam Petro, seu quod idem redit, claves toti contulisse Ecclesiae, ut per unum ministerialiter exercerentur. »

At si Ecclesia claves immediate recepit, et per eam ad D. Petrum postea pervenissent, dicendum foret, inquit auctor operis cui titulus Italus ad Febronium, eam a Christo fuisse sine capite fundatam, et sine capite etiam nunc persistere, ex quo primi vitales influxus promanent... Si Ecclesia immediate clavibus donata est, et D. Petrus mediate tantum, ergo Ecclesia praeexistebat ante Petrum, et corpus ante caput. Porro oppositum omnino fides do-

(1) *Bolgeni L'Episcopato capo 2. pag. 41., vid. etiam Alphonsum M. de Ligorio; vindiciae pro suprema Pontificis potestate.*

(2) *Petavius in excursione contra Richerium lib. 3. de Ecclesiast. Hierarch. c. 14.*

cet; siquidem Petrus existebat ante Ecclesiam, et designatus fuit petra fundamentalis, super quam Ecclesia erat aedificanda; quomodo ergo Ecclesia immediate recepit claves, si adhuc non erat adstructa? Tertio fingitur Ecclesia tamquam persona, quae claves, manu extensa, a Christo acceperit, et easdem auctoritate sua Petro, et Paulo, Jacobo etc. porrexerit. Sed ubinam Ecclesia, tanquam persona individua, et subjectum singulare, clavibus donata existit (1)?

Non negamus Patres aliquando potestatem ligandi etc. adjudicasse Ecclesiae .... sed Petavius (2) dicit id gessisse, ut hoc pacto demonstrent, non sic affixam, et uni Petro addictam fuisse, et quasi circumscriptam unius personam, ut ea sublata, etiam illa periret, nec amplius in Ecclesia maneret. Eatenus ergo, eam intelligunt traditam fuisse, quod perpetuo habet illa successores potestatis, ac dignitatis istius. Claves Ecclesiae datae a Patribus dicuntur, tum quod in bonum ovium non pastorum datae sint a Christo (3): sed audiamus Tertullianum: « Memento claves hic Dominum Petro, et per eum Ecclesiae reliquisse » Potestas igitur primum, et immediate D. Petro collata est, et per eum in Ecclesiam descendit. Audiamus etiam Paschasium Ratbertum (4) « Jure Petrus » in meritis primus aestimatur, per quem et in quo ad » alios dona transmittuntur. Accipiunt autem reliqui in » eo omnes claves regni coelorum, cum ei a Domino spe» cialius committantur. »

(1) *Auctor operis cui tit. Italus ad Febronium epist.* 4. §. 6. *resp.* 1. *pag.* 56. *et seq.*

(2) *Petavius lib.* 3. *de Eccl. Hierarch. c.* 16.

(3) *Zallinger Instit. jur. Eccl. publ. lib.* 5. *cap.* 5. §. 354. *pag.* 81.

(4) *Paschasius Ratbertus lib.* 6. *in Matth. cap.* 10.

§. I. *Duplex hac de re clarissimi Veith momentum.*

Et sane si Christus non Petro, sed Ecclesiae potestatem clavium Matth. 16. *immediate* dare voluisset, cur, inquit Veith, postquam dixerat, et portae inferi non praevalebunt adversus eam (Ecclesiam), cur inquam non prosecutus est sermonem hunc in modum: et *illi* (Ecclesiae *dabo claves?* Cur ad Petrum sermonem dirigens, dixit: et tibi dabo claves (1)?

Si in Ecclesia esset summa potestas clavium principaliter, et in Papa instrumentaliter tantum, sicut in ministro Ecclesiae ut Richerius vult; sequeretur Papam non esse immediatum Christi Vicarium, sed mediatum ut Bellarminus recte observat; nam Ecclesia esset immediata vicaria Christi, et Papa immediatus Ecclesiae Vicarius. Dicere summum Pontificem non esse nisi instrumentum, ministrum et executorem Ecclesiae, non autem esse vicarium Christi, nisi Ecclesia mediante, est contra definitionem Martini V. et Concilii Constantiensis hanc Wiclephi propositionem condemnantium « Nec Papa est proximus et immediatus vicarius Christi. » (2)

§. II. *Testimonium hac de re Archiepiscopi Cameracensis.*

Archiepiscopum quoque Cameracensem audire praestat. « Tutti gli Eretici (3), hanno un comune interesse a stabilire questo principio delle chiavi immediatamente alla Chie-

(1) *Veith dissert. contra systema Edmundi Richerii de Ecclesiast. et polit. potestate sect. 2. cap. 1. art. 1. pag. 41. vid. Zaccaria Anti-Febronio dissert. 1. §. 3. q. 2.*

(2) *Veith dissert. contra syst. Richerii de Eccl. et polit. potest. sect. 2. cap. 1. art. 1. p. 42.*

(3) *Instructione Pastorali an. 1728. vid. Auctorem oper. cui tit. Italus ad Febronium t. 2. p. 180.*

sa date da Cristo; conciossiachè per istabilire le loro eresie abbisognino dell'indipendenza, e soffrir non possano la legittima autorità, che dee reprimerla. . . . . Ecco, miei fratelli carissimi, la dottrina che tutti i Protestanti han giudicata necessaria allo stabilimento de' loro errori, dottrina ben differente da quella che G. C. e i suoi apostoli ne hanno insegnata . . . . Perciò da che Edmondo Richerio ebbe da' Luterani, e da' Calvinisti raccolte le massime a questa dottrina contrarie per erigerle in sistema, il suo libro della *Ecclesiastica* e *politica Podestà* sollevò generalmente tutti i cattolici e fu condannato a Roma da Papa Paolo V. e in Francia da due Concilj come contenente proposizioni *false, erronee, scandalose, scismatiche ed eretiche a prendere i termini nella loro naturale significazione.* La Sorbona avea già in Lutero, e in M. Antonio *de Dominis* dannata come eretica la stessa dottrina. Finalmente il temerario autore del libro intitolato *Del testimonio della verità nella Chiesa*, avendo intrapreso di risuscitare questa dottrina, l'opera di lui irritò tutti per modo, che fu percosso da un arresto del primo parlamento del Regno, e condannato da' vescovi nella loro generale assemblea del 1715., come contenente una dottrina *sediziosa, temeraria, scandalosa,* distruggitrice dell' ordine stabilito da G. C. nel governo della Chiesa, ingiuriosa alla s. Apostolica Sede, e a' Vescovi, falsa, erronea, scismatica, ed eretica, e tale che dovessero tutti i fedeli rigettare. »

ARTICULUS X.

Respondetur adversariis asserentibus Ecclesiam claves solvendi et ligandi habere.

Me non latet equidem ab adversariis opponi Ecclesiam claves habere solvendi et ligandi: at hujusmodi objectum nullam difficultatem praeseferre videtur. Ecclesia enim, hoc est pastores Ecclesia e, claves habent, seu potestatem solvendi et ligandi, concedo, inquit Veith: Ecclesia accepta pro toto coetu omnium Fidelium, subdistinguo; claves habet *finaliter*, hoc est claves seu potestas ligandi et solvendi data est Petro et apostolis eorumque successoribus in bonum, et utilitatem totius Ecclesiae tamquam finem proximum concedo. Claves habet *subjective* ac si potestas clavium in tota Ecclesia resideret tamquam in subjecto, nego (1).

ARTICULUS XI.

S. Augustini mens exponitur dum asserit Petrum cum Claves acciperet Ecclesiam repraesentasse.

Usitatissima fuit S. Augustino ea loquendi formula inquit Zallinger (2), qua Petrum, cum claves acciperet, Ecclesiam repraesentasse dicit. At multiplex repraesentationis genus est: aliquando unum repraesentat aliud, tanquam nudum signum, vel cum quis procuratorio tantum nomine et auctoritate agit, non suo. Talis fere est vis repraesentativa in legatis. Aliquando id quod repraesentat, cum eo quod repraesentatur, commune quid accipit, vel

(1) *Veith dissert. contra systema Richerii de Ecclesiast. et polit. potestate sect. 2. cap. 1.*

(2) *Zallinger Instit. Jur. Eccl. publ. lib.* 5. *cap.* 5. §. 354. *p.* 81.

tenet, sed ex parte tantum, ut cum particulare communitatis membrum pecuniae summam in singulos cives distribuendam nomine totius communitatis accipit, sic totam communitatem repraesentat, ut beneficii universitati concessi tanquam unum ex ejus membris particeps fiat. Aliquando unum repraesentat aliud, tanquam id sub se habens, ac potestati suae subjectum; quomodo princeps, dux, pater familias, pastor etc. regnum, exercitum, familiam, gregem repraesentat, ac summus imperans universam civitatem, ob summum, quo pollet, imperium. Atque hoc demum modo Petrus ob primatum, quem a Christo acceperat, Ecclesiam repraesentasse dicit S. Augustinus: « Cujus Ecclesiae Petrus Apostolus propter Apostolatus sui » primatum gerebat figurata generalitate personam (1). »

» Siccome nell'uomo, inquit Muzzarelli, il capo rap- » presenta tutta la di lui persona, e quando si vuole par- » lare all'Uomo si dirige il discorso al Capo che è la sede » dell'anima; così Pietro come capo, rappresentava, dirò » così, la persona di tutta la Chiesa, e volendo Gesù Cri- » sto parlare alla medesima volgeva il discorso al solo » Pietro, in cui, come capo, risiedeva tutta la pienezza » di potestà. » (2)

(1) *S. Augustin. tract.* 124. *in Joan. vid. Dominicum a SS. Trinitate de Sum. Pontif. Rom. sect.* 4. *cap* 2. *t.* 10. *Bibliothec. Maxim. Pontific. De Roccaberti. Politi Jurisprud. Eccl. univers t.* 1. *q.* 4. *n.* 5. *pag.* 89. *Zacaria Antifebron. vindicat. par.* 1. *Dissert.* 2. *cap.* 2. *n.* 4. *pag.* 262. *vid. Carolum Gagliardum Instit. Jur. canon. lib.* 1. *tit.* 12. *n.* 8. *pag.* 133.

(2) *Muzzarelli il buon uso della Logica in materia di Religione tomo* 1. *opuscolo* 3. *pag.* 114.

§ I. *Praedicta S. Augustini expositio a Natali Alexandro confirmatur.*

Audire hac de re praestat Natalem Alexandrum ita scribentem: « Petro non sunt collatae claves nisi nomine Ecclesiae, idest ut Ecclesiae dumtaxat legato nego; idest ut Ecclesiae supremo post Christum, et sub Christo Rectori, ac moderatori, concedo. Illius itaque propositionis duplex potest esse sensus; primus quod s. Petrus Ecclesiae nomine claves acceperit, quemadmodum regius orator nomine regis alicujus civitatis claves accipit, in quam propterea nullam habet potestatem. At nequaquam ita est. Secundus quod Ecclesiae nomine claves acceperit, ut illius rector, ac moderator: quomodo Princeps populi nomine gladium accipit, et ad ejus tuitionem totum regni splendorem convertere tenetur. Quo sensu s. Petrum claves nomine Ecclesiae accepisse dixit S. Augustinus (1).

§ II. *Traditur ratio, quae Augustino suaserit ut assereret Petrum Ecclesiae personam gessisse.*

Ut propius Augustini mentem assequamur, dispiciamus, inquit clariss. Politi, quae ratio suaserit Augustino, ut diceret Petrum Ecclesiae personam gessisse. Duplex ea fuit, modo haec modo illa, prout nunc cum hisce, nunc cum illis hostibus confligendum fuit. Certat ille cum iis qui dictitabant, etiam extra Ecclesiam peccata condonari? Respondet: « Remissionem peccatorum esse Ecclesiam. Quomodo Ecclesia? Illi enim dictum est. Tibi dabo claves Regni Coelorum. » Ut videlicet significaret, homines in una Ecclesia a peccatis exsolvi posse. Pugnat ille cum

(1) *Natalis Alexander Histor. Eccl. saec.* 1. *dissert.* 4. *idem docet Carolus Gagliardus Instit. Jur. Canon. lib.* 1. *tit.* 12. *n.* 8. *pag.* 135.

Montanistis qui potestatem clavium Petro collatam cum eodem Petro interiisse clamitabant? Respondet Augustinus: « Si hoc Petro tantum dictum est, non hoc facit Ecclesia. Si hoc ergo in Ecclesia fit, Petrus quando claves accepit, Ecclesiam sanctam significavit: » ut nimirum ostenderet, claves non cum Petro desiisse sed in Ecclesia remansisse (1).

ARTICULUS XII.

Explicantur illa Matthaei c. 18. verba:
Si non audierit eos, dic Ecclesiae.

Nec officiunt illa Matth. verba c. 18. ubi Christus correptionis fraternae ordinem praescribit dicens: « Si peccaverit in te Frater tuus, vade et corripe eum inter te, et ipsum solum . . . Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum vel duos . . . Quod si non audierit eos, dic Ecclesiae » etc. . . . Nam ut animadvertit Auctor Oper. cui tit. Italus ad Febronium, Christus tunc cum D. Petro non loquebatur, sed cum omnibus, et facta hypothesi, quod Christus cum D. Petro tanquam Apostolorum Principe verba faceret, eum jure privasset corrigendi censuris, si nil aliud ac mera verba poterat adhibere. Cui igitur inservisset, quod ei a Christo dictum fuit, quodcumque solveris erit solutum, et quodcumque ligaveris erit ligatum, quando coadunare debuisset Ecclesiam, ut aliquem punitione afficeret? Si Papa adversus contumacem tenetur Ecclesiam congregare, nulla unquam causa finem suum attingeret, cum contumacia resistat, absque Ecclesiae congregatae interventu . . . idcirco lupi in grege

(1) *Politi Jurisprud. Eccl. univ. t.* 1. *q.* 4. *n.* 6. *p.* 89. *et seq. Vid. etiam Bolgeni l'Episcopato cap.* 1. *n.* 6. *p.* 10.

Christi annis integris in eo mactando persistere possent; itidemque etiam oves scabie infectae in eodem grege pacifice perdurare, absque eo quod Pastor virga, et canes latratibus et morsu eos fugare valeant . . . Si quis de vulgo, vel muliercula effrons obduratur in culpa, ab eorum incorrigibilitate dimoveri non poterit, quoadusque Ecclesia congregata non fuerit. Nunquid aliquando pueriles hujusmodi ineptiae ullo unquam tempore auditae fuerunt, quae nedum legibus divinis et ecclesiasticis, verum etiam sensui communi e diametro obsistunt? . . Ardua sane non sunt quae simplex littera offert, videlicet in ly Ecclesia Superiores Hierarchiae esse intelligendos, gradatim ascendendo donec ad primum Hierarcham perveniatur (1).

CAPUT II.

Ex verbis Joann. 21 firmum pro Petri Primatu adstruendo argumentum eruitur.

Sed jam operis pretium est ut ad eum locum accedamus ubi Christus Petro promissa exsolvit. Joannis 21. a Cristo Domino non omnes Apostoli de sui ipsius amore interrogantur, sed solus Petrus. « Cum ergo prandissent, » dicit Simoni Petro Jesus: Simon Joannis diligis me plus » his? Dicit ei, etiam Domine, tu scis, quia amo te: dicit » ei Pasce Agnos meos. » Quod cum Christus iterum et tertio a D. Petro petiisset, idemque semper fuisset a D. Petro singulis vicibus Christo responsum, Christus demum subjunxit - Pasce Agnos meos, Pasce oves meas.

(1) *Auctor Operis cui tit. Italus ad Febronium t. 2. epist. 23. p. 62. et seq. vid. etiam Ballerinium de potestat Eccles. cap. 1. § 1. n. 3. pag. 3.*

ARTICULUS I.

Verba pasce oves meas *non omnibus Apostolis et Discipulis, sed uni Petro dicta fuere.*

Verba pasce oves meas uni Petro dicta fuisse testatur S. Maximus « Hic est Petrus cui Christus pascendas ovi» culas suas, agnosque commendat. » (1) testatur S. Augustinus « In ipso Petro unitatem commendavit; multi » erant Apostoli, et uni dicitur: Pasce oves meas » (2) Testatur Theophilactus « totius orbis ovium praefecturam » Petro committit non autem aliis sed huic tradit » (3).

« Si osservi in primo luogo inquit Zacharia che drizzando a Pietro il discorso lo chiama Simon di Giovanni, cioè con quel nome medesimo, di che s'era servito promettendogli in S. Matteo le chiavi. Perchè ciò? Perchè niuno potesse mai dubitare, se la condotta dell' ovile di Cristo a quello stesso fosse raccomandata, al quale eran da lui state dianzi le chiavi promesse. In secondo luogo si avverta che la divina intimazione di pascere le pecorelle a Pietro si dà qual premio del suo amore. Ora a chi fu fatta la dimanda se amasse il Signore? Al solo Pietro senza dubbio e talmente al solo Pietro fu fatta che nella interrogazion medesima frammischiò Cristo un confronto di preferenza cogli altri Apostoli: *mi ami tu più di questi?* In terzo luogo chiaro è che Cristo parlò al solo Piero quando gli prenunziò la futura crocifissione. Ma questo predicimento dell'Evangelista, ci viene narrato come un seguito del primo discorso: *pasci le mie pecorelle.* Tutto era dunque il discorso indiritto al solo Pietro. E tanto

(1) *S. Maximus serm. de S. Petro.*
(2) *S. Augustin. serm.* 46.
(3) *Theophilactus in cap. ult. Joan.*

più è forza il dirlo; perocchè se Cristo avesse allora voluto parlare anche agli altri Apostoli ivi presenti, non avrebbe detto pasci, ma pascete le mie pecorelle » (1).

Sequentia etiam clarissimi Muzzarelli verba audiamus « Prima di questa terza apparizione, Gesù Cristo si era manifestato altre volte ai suoi Apostoli, e la prima volta che loro apparve, si trovava fra loro ancora Pietro, e allora fu che Gesù Cristo comunicò agli Apostoli tutti l'autorità di rimettere, e ritenere i peccati (2) e che gli spedì per tutta la terra a predicare il suo Vangelo. (3) Sicchè la straordinaria missione e podestà comune a tutti gli Apostoli, Pietro l'avea già ricevuta insieme con essi. Quando dunque Gesù Cristo tenne con Pietro il discorso, che abbiam qui sopra riportato, intese egli di dargli degli ordini, e una podestà distinta da quella degli altri, o veramente non intese così? Se no: ecco Gesù Cristo, che parla a caso, che rifà due volte uno stesso discorso senza motivo, e che perde i momenti preziosi delle sue visite in parole inutili. Ma se intese qualche cosa di straordinario e diverso, dunque che cosa intese? Gesù Cristo ordina per due volte a S. Pietro di pascere i suoi agnelli . . . . Ma la terza volta cangia linguaggio, e gli comanda di pascere le sue pecorelle. Ora io vi domando, se Gesù Cristo sotto il nome di pecore intese qualche cosa diversa dagli agnelli, o no? Se no, ecco dunque di nuovo Gesù Cristo, che parla a capriccio, che cangia nome alle cose senza motivo, e che stanca tre volte s. Pietro con interrogazioni e risposte

(1) *Zacaria Anti - Febronio Dissertaz.* 1. *cap.* 5. *n.* 2. *p.* 55. *vid. Alphonsum M. de Ligorio Vindiciae pro suprema Pontificis potestate cap.* 3. *n.* 3. *Bolgeni l'Episcopato cap.* 1. *n.* 8. 9. *pag.* 13. *et seq. Politi Jurisprud. Eccl. univ. t.* 1. *q.* 4. *pag.* 92.

(2) *Joan.* 20. 23.

(3) *Marc.* 16. 15.

superflue ed ambigue. Ma se realmente intese qualche cosa diversa, vi domando dunque che cosa intese? Qui è dove o bisogna che ragioniate male, e facciate ragionar peggio Gesù Cristo, o bisogna che mi accordiate che sotto il nome di pecore Gesù Cristo ha inteso i Prelati della Chiesa. Perchè sempre io vi incalzerò colla stessa domanda: Se Gesù Cristo non ha inteso questo senso che senso ha dunque inteso in quelle parole, che certamente non devon esser capricciose, ambigue, e sconnesse . . . La Chiesa di Gesù Cristo è un ovile, e i suoi seguaci ne sono la greggia. In una greggia gli agnelli sono pasciuti, e guardati dalle pecore, e le pecore dal pastore. Gli agnelli escono uniti alla madre, e la voce del Pastore che si fa intendere alle pecore, correggendo la madre raddrizza insieme nel buon sentiero gli agnelli. Sicchè gli Agnelli sono insieme guidati dalle pecore, e dal pastore, e all'incontro le pecore dal sol pastore. Ed ecco appunto la più perfetta somiglianza dell'ovile alla Chiesa di Gesù Cristo. Imperocchè in questa Chiesa i fedeli sono ammaestrati, e governati dai loro Vescovi, e i Vescovi dal Romano Pontefice. I fedeli stanno uniti ai loro Prelati, e la voce del Vicario di Gesù Cristo, che si fa udire a tutti i Prelati della Chiesa, regge per loro mezzo nel buon sentiero tutti i fedeli. Sicchè i fedeli sono insieme governati dai loro Vescovi, e dal Supremo Pastore: laddove i Vescovi sono soltanto subordinati al Romano Pontefice. Quindi spiegando le parole di Gesù Cristo nel senso da noi voluto, vi si scopre una similitudine viva e fedele, che raccoglie esattamente tutte le più minute circostanze. Gesù Cristo ha detto due volte a Pietro: *Pascete i miei agnelli*: e per agnelli ha inteso l'università dei cristiani. Ma quando la terza volta ha aggiunto, Pascete le mie pecore » se ha voluto significar qualche cosa di più, come è mestieri

supporre in un Uomo-Dio che non parla a capriccio, ha necessariamente inteso sotto il nome di pecore i Prelati della Chiesa (1).

Idem tradit quoque Auctor Operis cui tit. De l'autorité des deux Puissances, ita scribens, » C' est une mission » propre à Pierre, une puissance particulière qui le di- » stingue des autres Apôtres, une supériorité de jurisdi- » ction sur le troupeau de J. C. Le Fils de Dieu lui or- » donne, non seulement de paître les agneaux, mais en- » core les brebis qui sont les mères des agneaux, c' est- » à-dire, non seulement les simples fidèles, mais encore » les évêques qui sont les pères du peuple. Or le pasteur » ne peut paître le peuple, et leurs pasteurs, s' il n' a droit » de les gouverner ; et il ne peut les gouverner, s' il n' a » jurisdiction sur eux » (2).

ARTICULUS II.

Contra Petri Primatum nil colligi potest ex eo quod Christus Petro non dixerit Pasce oves tuas, *sed* pasce oves meas.

Me non latet adversarios asserere Christum esse Gregis Pastorem absolutum, Petrum vero ac apostolos pastores dumtaxat ministeriales esse, eo quod a Christo dictum Petro fuerit, *Pasce oves meas*, non autem *pasce oves tuas.*

At Salvator noster, dum hic vixit, inquit Alphonsus M. de Ligorio, non tantum invisibilis, et internus, sed etiam visibilis Pastor Ecclesiae et caput extitit, et ideo dixit *Oves meas, non tuas*; cum vero postea in coelum ascendit,

(1) *Muzzarelli, Il buon uso della logica in materia di religione t.* 1. *opusc.* 3. *pag.* 120. *et seq.*

(2) *Auctor operis cui tit. De l'autorité des deux Puissances tome second de l'autorité du souverain Pontife article premier.*

mansit quidem ipse invisibilis et internus pastor Ecclesiae, prosequens suae gratiae influxibus, ac internis illustrationibus eam regere; sed illi suo visibili ovili visibilem et externum Pastorem reliquit Petrum, qui visibiliter dubia fidei definire posset. Itaque Petrus respectu Christi pastoris invisibilis non est nisi unus ex ejus grege; sed respectu ad Ecclesiam, et ejus externum regimen est supremus et visibilis Pastor. Quis non videt ad regendum regnum visibile, visibili capite opus esse (1)?

ARTICULUS III.

Alii quoque pastorale munus obeunt sed cum subjectione ad D. Petrum.

Febronius asserit verba Christi ad omnes quoque pastores Ecclesiae dirigi, qualitatem pastoris, et conductoris Dominici Gregis non esse singularem Petri praerogativam, sed communem, praeceptum pascendi gregem aeque competivisse, immo amplius aliis apostolis quam Petro « Con» tendo, inquit Febronius (2), nullam verbo pascendi » inesse vim quae non aeque imo amplius contineatur illis » Christi dictis ad omnes apostolos: sicut misit me Pa» ter et ego mitto vos: item his: euntes docete omnes » gentes. » At Petro soli tamquam primo, et primario visibili pastori universi gregis cura a Christo Domino commissa est. « Totius Ecclesiae, gregisque cura, inquit » Calmetus (3), Petro ceu apostolorum Principi tribui» tur. » Sunt quidem et alii coeli janitores, et gregum

(1) *Alphonsus M. de Ligorio vindiciae pro suprema Pontificis potestate cap. 3. n. 9. p. 49.*

(2) *Febronius cap. 1. §. 2.*

(3) *Calmet in Evang. s. Joan. cap. 21. v. 15.*

pastores, inquit D. Bernardus (1), sed tu tanto gloriosius quanto et differentius utrumque prae caeteris nomen haereditasti: habent illi sibi assignatos greges singuli singulos, tibi universi crediti, uni unus, nec modo ovium, sed et pastorum tu unus omnium Pastor. » Necessarii quidem sunt alii pastores, cedimus, inquit auctor operis cui tit. Italus ad Febronium sed unus et unicus est Pastor, qui jure merito dici etiam aliunde potest Pastor Pastorum (2).

« La podestà, inquit Zacharia, che Cristo a tutti gli » apostoli conferì riguardo al reggimento della Chiesa » universale, quando disse loro le citate parole, fu una » podestà da legati, che non dovea perpetuarsi nella » Chiesa; la podestà che diede Cristo a s. Pietro, allor» chè gli ordinò di pascere le pecorelle, fu la stessa po» destà, ma da pastore ordinario, che dovea tramandarsi » ne' suoi successori, e podestà indipendente, alla quale » la pienissima podestà degli altri apostoli esser dovea » subordinata. » (3).

Ceterum si aeque omnibus inquit Mamachius fuisset tributa pascendarum ovium auctoritas, nullum ut esset inter eos Petrumque discrimen, cur uni id Petro dictum fuisset? Cum igitur huic semel atque iterum agni, tertio oves creditae a Magistro fuerint, nulla eorum potestatis qui aderant, mentione facta, argumento est, singulare quidpiam fuisse tributum Petro, quod in collegarum competeret omnino neminem (4).

(1) *D. Bernardus lib.* 3. *de Consid. c.* 8. *ad Eugenium.*
(2) *Auctor operis cui tit. Italus ad Febronium epist.* 4. *resp.* 1. *p.* 47.
(3) *Zacaria Anti-Febronio dissert.* 1. *cap.* 6. *n.* 8.
(4) *Mamachius orig. et antiq. Christ. lib.* 4. *t.* 5. *pag.* 318. *vid. etiam Politi jurisprud. Eccles. univ. t.* 1. *q.* 5. *n.* 12.

§. I. *Quorundam Patrum hac de re testimonia exponuntur.*

Sed quorundam Patrum hac de re scribentium expositionem a Muzzarelli traditam in medium afferre operis pretium est. « Se troverete anche dei Padri, inquit ipse, i quali dicano, che s. Pietro ricevette la greggia da pascere non solo per sè, ma anche per gli apostoli, che s. Pietro rappresentò allora tutto il collegio Apostolico, che s. Pietro non fu il solo destinato a pascer le pecore, non per questo avrete provata la legazione ministeriale di s. Pietro, e non avrete neppur provato, che s. Pietro non abbia allora ricevuto una sopraintendenza suprema sugli altri pastori. Imperocchè abbia pure ricevuta s. Pietro la greggia da pascere anche per gli altri apostoli. Questo vuol dire, che s. Pietro non dovea, e non potea da se solo pascere tutta la greggia, che dovea ripartire la greggia anche tra gli altri, che anche gli altri acquistavano un diritto di pascere, ma un diritto subordinato, aggiungo io, alla disposizione, e alla distribuzione di quegli, a cui direttamente, e letteralmente, e immediatamente fu detto, *Pasce oves meas.* Abbia pure s. Pietro rappresentato tutto il collegio Apostolico; ma lo rappresentava come il capo del corpo, come il capo, che distribuisce a ciascun membro l'esercizio delle sue funzioni; lo rappresentava, come il capo d'una compagnia, o sia come il generale supremo d'un esercito, il quale riceve in sè dal Principe la pienezza della podestà per dirigere i movimenti degli uffiziali, e dei soldati, e nel quale tutti i colonnelli e capitani ricevono la podestà di muovere i rispettivi lor corpi, ma podestà subordinata al general dell'esercito, come quella del generale è subordinata al suo Principe. Sia pur vero, che s. Pietro non fu il solo destinato a pascer la greggia. Ma un padrone di numeroso armento, e che in conse-

guenza ha bisogno di molti pastori per custodirlo , e per mandarlo al pascolo , tuttavia sceglie , e destina tra loro un primario pastore , che agli altri presiede, e da cui gli altri dipendono, il quale debba rendere conto del suo operare a lui, e non già agli altri pastori, e che abbia autorità di assegnare a ciascun pastore la porzione del prato in cui pascolare le agnelle (1).

ARTICULUS IV.

Solvitur Febronii objectio asserentis qualis in senatu est Praeses, talem in collegio Apostolorum fuisse Petrum.

Jam docuerat Febronius « Nulli apostolorum in parti« culari fuisse potestatem, seu jurisdictionem ad alium , » sed singulos subjectos fuisse collegio, hujusque decisio» nibus, et mandatis. Qualis in senatu est Praeses, inquit, » talis propemodum in collegio apostolorum Petrus. Ille » Senatorum sententias rogat, non cogit; uno suo arbitrio » nihil decidit. » . . . . At imago Praesidis in senatu, ad explicandum primatum D. Petri super apostolos apta est, vivente Christo , inquit Auctor operis cui tit. Italus ad Febronium , sed postquam ipse praesentiam suam ab eorum aspectu abstulit, et D. Petrus ad clavum Ecclesiae manus suas admovit, si vices Christi subiit, auctoritatem, jurisdictionemque super Ecclesiam ratione sui Primatus obtinere quoque debuit , ut legibus , et curis suis robur conferret , et obedientiam ab omnibus colligeret. Imago itaque Pastoris adhibenda est , utpote a Christo asserta , et proposita ut D. Petrus statum et conditionem suae dignitatis agnoscere posset. Porro inter oves Christi pri-

(1) *Muzzarelli il buon uso della Logica in materia di religione tom. 4. opusc. 14. pag. 189.*

mae, et primariae certo certius erant apostoli, D. igitur Petrus qui supremus post Christum pastor fuit, auctoritatem, et jurisdictionem habuit super apostolos. Quod dicitur de D. Petro relate ad apostolos, idem ipsum asserendum etiam de summo Pontifice erga Episcopos. Ille pastor est universi gregis Christi, quare igitur ab ejus jurisdictione subtrahentur episcopi (1)? Hinc s. Eucherius Lugdunensis episcopus (2), ait. « Prius agnos, deinde oves » commisit ei, quia non solum pastorem, sed et pastorum » pastorem eum constituit. Pascit igitur Petrus agnos, » pascit et oves, pascit filios, pascit et matres, regit et » subditos, et praelatos. Omnium igitur pastor est, quia » praeter agnos, et oves in Ecclesia nihil est. » Sunt igitur praelati, et episcopi totidem oves sub pastorali regimine summi Pontificis. Enimvero pastor in suo grege, monarchico utitur regimine: ergo regimen Ecclesiae monarchicum plane est, et esse debet (3). Sed audiamus Auctorem operis cui tit. De l'autorité des deux Puissances (4), ita de Febronio scribentem. « Après avoir enseigné que s. Pierre étoit à-peu-près dans le collège Apo» stolique, ce qu'est le premier président dans le Sénat (5); » il convient cependant que le maintien de l' unité de » l'église exige dans le chef quelque chose de plus qu'un » simple droit de direction, pareil à celui d'un premier » président. *Verum inter hos nudi directorii fines jura » primatus non subsistunt; exigit amplius aliquid conser» vatio unitatis in Ecclesia*, Mais si le Pape n'a point de

(1) *Auctor operis cui tit. Italus ad Febronium epist.* 6. *resp. ad* §. 4. *Febronii.*

(2) *S. Eucherius Lugdunensis episc. serm. de Natal. ss. Petri, et Pauli.*

(3) *Auctor oper. cui tit. Italus ad Febron. cit. loc.*

(4) *Auctor. oper. cui tit. De l'autorité des deux Puissances t. second art.* 4.

(5) *Febron. de stat. eccl. c.* 2. §. 4.

» jurisdiction, il suit qu'il n'a plus qu'un pouvoir de sim-
» ple direction, qui consiste à instruire, à conseiller, à
» avertir, etc. Il suit qu'il n'a plus qu'un pouvoir pareil
» à celui d'un premier président dans le Sénat. La seule
» diffèrence, qu'il y a entre le droit de direction, et le
» pouvoir de jurisdiction, c'est que l'un se borne à aver-
» tir, et à exhorter, et que l'autre renferme l'autorité du
» commandement, et impose aux inférieurs l'obligation
» d'obéir. Le chef d'un Sénat propose son avis et les ré-
» glemens qu'il croit convenables au bien public ; il les
» appuie des motifs qui peuvent déterminer les suffrages
» des membres, sans pouvoir leur donner la sanction.
» Quel droit auroit de plus le souverain Pontife s'il n'a-
» voit celui du commandement? Or s'il a le droit du
» commandement, il a en même tems le droit de juris-
» diction; s'il a le droit de jurisdiction sur un seul arti-
» cle, il l'a sur tous, parce que les titres de sa mission
» sont généraux et illimités, et qu'il n'y a pas plus de
» raison de l'appliquer à un objet qu'à un autre. D'ail-
» leurs, la même raison de conserver l'unitè exige que
» ce pouvoir s'étende sur tous les objets; autrement l'o-
» bjet qui ne seroit point soumis à sa jurisdiction, pour-
» roit devenir un sujet de division dans l'église. »

Quapropter jure meritoque sic scribit clarissimus Bertieri (1). « Cum reliqui adstarent apostoli, ipsique soli (Petro) gregem universum regendi pascendique potestatem tribuerit, evidens est, jurisdictionem Petro datam, tam amplam fuisse, ut in Apostolos ipsos, qui etiam Christi oves sunt, diffunderetur. »

(4) *Bertieri Theolog. dogm. par. alt. Vindobonae* 1777. *de Christo legislat. etc.* §. 99. *apud Gerdil t.* 13. *pag.* 102.

ARTICULUS V.

Duplex potestas in Apostolis distinguitur

Ut magis magisque pateat Petri caeterorumque apostolorum potestas abs re non erit clarissimum Zacharia audire duplicem in apostolis potestatem sic distinguentem. « Due podestà, negli apostoli si voglion distinguere; l'una intrinseca, ed essenziale, estrinseca l'altra e accidentale. A quella apparteneva il potere non solo dovechè piacesse loro predicare il Vangelo, amministrar Sagramenti, dare lo Spirito Santo, scriver libri canonici, ma ancora far leggi, giudicare, crear vescovi ec. e in questa furono pari gli apostoli, e niente più ebbe Piero, nientemeno ebbero gli altri apostoli. Ma oltre a questa podestà un' altra se n'ha a confessare estrinseca ed accidentale che riguardava il modo e l'ordine di esercitare quella primiera intrinseca; e necessaria era all'unità da Cristo voluta nella sua Chiesa, e in questa disuguali furon gli apostoli, nè altri l'ebbe che Piero stabilito da Cristo fonte, radice, fondamento della richiesta unità. Così parlano il cardinale Perrona, Natale Alessandro, il P. Mamachi; ma il card. Bellarmino (1), seguito dal dotto vescovo Domenicano Coeffetau (2) dal Petavio (3) dallo Schelestrate (4) e da altri moltissimi distingue la podestà del modo, e fa osservare che tutti gli apostoli ebbero veramente una pienissima podestà, essendo tutti stati e capi, e reggitori, e pastori della Chiesa universale, sì però che dove negli altri fu questa podestà, come la chiama il Petavio *straordina-*

(1) *De Rom. Pontif. cap.* 9.
(2) *Monarch. Eccl. cathol. lib.* 1. *cap.* 8.
(3) *Lib.* 1. *de Eccl. hierarch. cap.* 5.
(4) *Antiq. Eccl. diss.* 2. *cap.* 1.

ria; in Piero fu ordinaria; o per usare le formole del Bellarmino agli altri apostoli la pienissima podestà, che ebbero, appartenne non come a ordinarj pastori, ma come a legati, a Pietro come a pastore ordinario, e inoltre dove in Piero fu indipendente, in loro fu subordinata a Piero, come lor capo, e da lui dipendente.

Il modo di spiegarsi in questi autori è diverso, ma la sostanza della dottrina è la medesima; perocchè quella podestà, che altri chiamano *essenziale* all' apostolato, e Piero de Marca *personale*, perchè non passò a' successori, è quella stessa pienissima podestà, che il Bellarmino, e gli altri riconoscono negli apostoli; e in quella podestà, che da'primi *accidentale* si chiama, consiste appunto il primato di Piero sopra gli apostoli, e la loro subordinazione a Piero, che il Bellarmino, e i suoi seguitatori vogliono altro distintivo della podestà di s. Pietro da quella degli altri apostoli. Io parlerò tuttavia con questi secondi, perocchè la loro maniera di favellare sembrami e più chiara e più acconcia a svolgere ogni difficoltà e più conforme alle sentenze de' Padri » (1).

ARTICULUS VI.

Quamvis Petrus quoad jura extraordinaria apostolatus reliquis coaequatus fuerit, integer tamen ac salvus manet ejusdem primatus.

« Petrum quoad jura extraordinaria apostolatus reliquis coaequatum fuisse, et reliquos Petro coaequatos Zallingeri etiam doctrina est. Qua non obstante aequalitate, inquit laudatus Auctor, salva manebat praerogativa, et integer ac salvus Petri primatus quo reliquis singulis et omnibus praelatus est: quo constitutus est fundamentum

(1) *Zacaria Anti-Febronio dissertaz.* 1. *cap.* 6. *n.* 1. 2. *p.* 427. *et seq.*

totius Ecclesiae, proindeque et apostolorum qui praecipua Ecclesiae membra fuerant, quo factus est pastor universalis. « inter apostolos, ut inquit s. Leo M., in » similitudine honoris fuit quaedam discretio potestatis; » et cum omnium par esset electio, uni tamen datum est, » ut caeteris praemineret » (1).

Eandem propugnat sententiam Joannes Uligers ita scribens: « Etiamsi haberent apostoli amplissimam potestatem ad omnes mundi partes, tamen etiam suberant » curae et potestati ipsius Petri, sic ut ab illo penderent » in illius potestatis usu, et exercitio, et non e contra ille » ab ipsis. Nam honorem et potestatem universalem, » quam caeteri habebant ut apostoli, et legati tantum, » habuit Petrus tanquam ordinarius universalis Ecclesiae » pastor, et eo nomine ipsi apostoli reliqui erant Petri » curae subditi » (2). Consonat Libertus Fromondus. « Caeteri apostoli subjecti erant Petro, cui ordinaria jurisdictio cum futura successione romani Pontificis data » erat » (3).

CAPUT III.

Petri primatus ex praerogativis quibus prae caeteris Apostolis fuit ipse cumulatus ostenditur.

Hactenus attuli quae ad promissionem, et institutionem primatus Petri pertinebant, nunc ad ejusdem primatus confirmationem singulares variasque Petri praerogativas in medium adferre juvat. Matthaei 14., solus Petrus una

(1) *Zallinger lib.* 5. *Jus Eccl. pub.* §. 331. *n.* 2. *t.* 2. *p.* 33.

(2) *Uligers in* 2.2. *tract. de Pontif. dub.* 1. *n.* 26. *apud Zacharia Anti-Febr. Vindic. par.* 1. *dissert.* 2. *cap.* 3. *n* 2.

(3) *In ep.* 2. *ad Cor. c.* 11. 28. *et cap.* 12. *apud Zacharia cit. loc.*

cum Domino ambulat super aquas. De qua praerogativa sic loquitur s. Bernardus (1). « Instar Domini gradiens » super aquas, unicum se Christi vicarium designavit, » qui non uni populo, sed cunctis praeesse deberet, si- » quidem aquae multae, populi multi. » Matthaei 17. Dominus jubet solvi tributum pro se, et Petro. « Da, inquit, illis pro me et te. » Ex quibus verbis collegisse Apostolos, Petrum omnibus aliis esse praelatum, scribunt Origenes, Chrisostomus, et Hieronymus (2). Si census, (inquit Pozzolus) referente Hieronymo hebraicorum rituum callentissimo, solvebatur in capita; si solvebant primogeniti numerorum tertio, utrumque Discipuli praelecti insigniter ostendit primatum, vel primogeniti, vel patrifamilias destinati (3).

Insuper cum ab Evangelistis nominantur Apostoli, vel omnes, vel aliqui, semper primo loco ponitur Petrus (4).

ARTICULUS I.

Quoddam solvitur objectum.

Difficultates, ait Pictetus, submoventur omnes, si haec conjuncta spectentur, quod Petrus nimirum caeteris esset ordine prior, aetate senior, donis cumulatior, ingenio fervidior « Egregie sane, inquit Nicolaus Chignoli, difficultates omnes nullo negotio extricas, si falsa comminiscaris, si tecum ipse pugnes, si et Evangelio adversaris. Siccine veritatis causa agitur? Petrus ordine prior? Num

(1) *Bernard. lib. 2. de considerat.*
(2) *Bellarmin. de Rom. Pontifice lib. 1. cap. 19.*
(3) *Pozzolus de primatu D. Petri in apostolos lib. 1. par. 1. cap. 8. n. 17.*
(4) *Matth. 10. Marc. 3. Luc. 6. Bellarmin. de Rom. Pontif. lib. 1. cap. 18.*

erant apostoli cum ab evangelistis recensiti sunt, ordinate dispositi, ut omnes a Petro numerandi initium constanter caperent? Qui ergo Petrus caeteris ordine prior? Num ante omnes vocatus a Christo? At ante Petrum Andraeas vocatus: nam Joannes (1) scribit: « Invenit is (Andraeas) primum fratrem suum Simonem, et dicit ei: Invenimus Messiam, et adduxit eum ad Jesum » quare si a vocatione petendus apostolorum ordo, numerandus fuerat omnium primus Andraeas. Numquid primae Petro ab Evangelistis perpetuo datae, quod potior donis esset? Anteferendus et hoc nomine Joannes fuerat, quem singularis praerogativa castitatis, ut Hieronymo aliisque Patribus animadversum, Christo fecit eximie carum (2).

Caeteris ne Petrus natu major? At non est primus aetate, inquit Pozzolus, tenent etenim seniorem Andraeam, Epiphanius, et Hieronymus, et isti non possunt primatum statuere in provectiori aetatae, quam negant (3).

« Se in detti cataloghi, inquit card. Gotti, si è avuto riguardo all'età doveasi mettere per ultimo s. Giovanni, come fra tutti il più giovane, e fra gli altri apostoli non si osserva ordine alcuno, anzi in un catalogo chi si antipone, nell' altro si pospone, e solo Pietro sta sempre in primo luogo. Nemmeno potea ciò essere per l'anzianità nell'Apostolato, perchè il primo in seguir Cristo non fu Pietro ma Andrea, come si legge in s. Giovanni e s. Epifanio » (4).

(1) *c.* 1.

(2) *Chignoli t.* 1. *praelect.* 22. *de locis theolog. n.* 5.

(3) *Pozzolus de primat. D. Petri lib.* 1. *par.* 1. *cap.* 8. *n.* 8. *Bellarmin. cit. loc. Baronius t.* 1. *annal. an. Christi* 31. *Lorinus in cap.* 1. *Actor. v.* 13. *Epiphanius haeresi* 51. « *Occursus, inquit, Andraeae primus contigit, cum esset Petrus minor tempore aetatis.* »

(4) *Card. Gotti la vera Chiesa di Cristo del primato di s. Pietro artic.* 1. §. 1. *n.* 14. *t.* 2. *p.* 14.

CAPUT IV.

Petri primatus ex iis quae ipse gessit confirmatur.

Sed et quae Petrus gessit ejusdem primatum clarissime ostendunt « Pierre, inquit Baruel, en est partout le pre-
» mier héros . . . . Les Apôtres l'entourent partout , et
» partout, au Cenacle, à la porte du Temple, au Sanhé-
» drin, devant les magistrats, devant le peuple, dans l'as-
» semblée des frères, c'est toujours lui qui parle, qui prê-
» che, qui répond, qui bénit, qui punit par la vertu des
» cieux » (1).

ARTICULUS I.

Petrus Apostoli electionem in locum Judae proditoris indicit.

Praecipuis nascentis Ecclesiae negotiis ab alio provisum non fuit nisi a D. Petro siquidem ipse primum convocavit Ecclesiae concilium, electionem Apostoli in loco Judae proditoris indixit (2). « Se s. Pietro , inquit card. Gotti,
» non era il capo , che in luogo di Cristo presiedeva al
» collegio Apostolico, perchè nel primo atto conciliare (3)
» fatto dagli apostoli per surrogare uno a Giuda , Pietro
» fu quello che presiedè, che parlò in mezzo di tutti, e
» che propose? . . . . Quell'alzarsi di Pietro senza prece-
» dente consulta con gli altri apostoli, non mostra un'au-
» torità indipendente avuta da altro, e non da loro? . . .

(1) *Barruel du Pape et de ses droits religieux tom. premier chapitre* 7.

(2) *Antonius Gardini episcopus Cremensis t.* 1. *de rom. Pontif. pag.* 145. *Natalis Alexander Hist. Eccl. saec.* 1. *dissert.* 4.

(3) *Act.* 1., 16.

» Ne resta così persuaso Giovanni Grisostomo che (1)
» esclama « Quam est fervidus, quam cognoscit creditum
» a Christo gregem, quam in hoc choro Princeps est!
» E dopo » Merito primus omnium auctoritatem usur-
» pat in negotio, ut qui omnes habeat in manu. Aggiun-
» ge di più che poteva s. Pietro solo senza attenderne i
» voti degli altri apostoli, sostituire il nuovo Apostolo a
» Giuda. « An non licebat ipsi Petro eligere? Licebat et
» quidem maxime; verum id non fecit, ne cui videretur
» gratificari » (2).

ARTICULUS II.

In apostolorum synodo in qua de legalium observantia quaestio habita est, primus omnium Petrus sententiam dicit.

Manifestius, inquit Pozzolus, sui primatus exercitium ostendit Petrus Actorum 15. ubi praesente Jacobo Hierosolymae episcopo, inter apostolos eximio primus loquitur, asserit expresse « Deum elegisse per os suum audire gentes verbum Evangelii et credere » et ipsis apostolis id esse perspicuum « Vos scitis quoniam ab antiquis die-
» l'ont gouvernée. Le Pape a succédé à l'un et à l'autre, » quant à l'épiscopat, mais il n'a succédé qu'à s. Pierre » quant à la primauté »(1). Hoc sensu, inquit Gazzaniga, potuerunt romani Pontifices se appellare successores non minus Pauli, quam Petri, quia eam Ecclesiam regunt, quae utriusque sudoribus, imo et sanguine irrigata fuit. Cum vero auctoritate apostolorum Petri et Pauli se pollere et agere quandoque profitentur; utriusque patrocinium implorare videntur; quandoquidem ambo ut peculiares Ecclesiae romanae patroni merito coluntur, quam et simul plantarunt, et simul documentis, et simul sanguine illustrarunt (2). « La maniera di esprimersi dai » romani Pontefici, inquit Mercanti, non deve intendersi dell'autorità di primato, ma dell'autorità di presidio, » la quale essi nel principio delle loro Bolle, implorano » fervidamente » (3).

Pontifices (inquit Mamachius) secundum Paulum sustineri ab se curam sollicitudinemque ajunt, non ut Pontificem summum Ecclesiae Paulum fuisse arbitrentur, sed ut indicent uti se testimonio Pauli velle ad eam rem illustrandam, quae ipsis per Petrum jure successionis concessa est (4).

Nec obstat, inquit Tournely, quod principes terrae, et judices saeculi dicantur Petrus et Paulus, namque id omnibus apostolis commune est, cum de illis omnibus, et singulis in officio suo canat Ecclesia « Constitues eos principes super omnem terram » sicut et istud in Hymno vespertino « *Vos saecli justi judices* (5).

(1) *Auctor oper. cui tit. de l'autorité des deux Puissances t.* 2. *art.* 5.
(2) *Gazzaniga de rom. Pontificis primatu dissert.* 4.
(3) *Mercanti t.* 1. *sezion* 6.
(4) *Mamach. orig. et antiq. Eccl. lib.* 4. *t.* 6. *p.* 439.
(5) *Tournely de Eccl. cap* q. 5.

Docet laudatus Gazzaniga Paulum et Petrum vocari principes sacerdotum, principes ecclesiarum, principes terrae etc. quia ambo praecipue quodam virtutum merito in Ecclesia fulserunt, quamquam Petrus non solum virtutum laude, sed singulari etiam primatus praerogativa caeteris omnibus praelatus est (1).

Consors Petro Paulus extitit, inquit Carolus Gagliardus, in praedicatione ac doctrina per universum orbem diffundenda, haudquaquam in potestate universalis regiminis (2).

Observat deinde Natalis Alexander non recte inferri parem Pauli cum Petro potestatem, ex eo quod ejus in principatu apostolico frater dicatur. Nam Christus Apostolos post resurrectionem suam fratres vocavit, nec pares tamen sibi fecit. Frater est Petri Paulus sed auctoritate minor (3).

Patres, ut animadvertit Mamachius, de Petro ac Paulo conjunctim persaepe et loqui et scribere consueverant, propterea quod sese illi mutuo dilexissent, unaque Antiochiae, ac Romae versati fuissent, Evangelium nunciassent, eorumque alter dignitatis, auctoritatisque ei a Christo tributae, alter doctrinae, itinerum, laborum susceptorum ratione principatum tenuisset, atque uterque eodem die, eademque in urbe sanguinem christianae religionis tuendae causa fudisset (4).

(1) *Gazzaniga de rom. Pontificis primatu dissert.* 4.

(2) *Gagliardus instit. jur. canon. lib.* 1. *tit.* 12. *n.* 7.

(3) *Natalis Alexander hist. Eccl. saec.* 1. *dissert.* 4. *s. Gregorius lib.* 2. *super Ezechielem.*

(4) *Mamachius orig. et antiq. Christ. lib.* 4. *t.* 5. *p.* 455.

ARTICULUS X.

Respondetur objectioni ex eo depromptae quod in antiquis sigillis quibus diplomata s. Pontificis obsignantur Pauli imago inveniatur a dextris, Petri verò a sinistris.

Sed opponere audio in antiquis sigillis, quibus diplomata summi Pontificis obsignantur, inveniri imagines Petri et Pauli, sed imaginem Pauli a dextris, Petri autem a sinistris. Quam difficultatem sic explanat eruditissimus Mamachius. « Antiquiora christianorum monumenta Petrum partem dexteram tenentem persaepe exhibent, Paulum perraro. Monumenta vetera quae Petri, Paulique iconas exhibent, aut aerea sunt, aut vitrea, aut marmorea, aut eburnea, aut pictura, musivoque opere perfecta. (Horum vitrea, aerea, marmorea, et picta quaedam caeteris esse putat Mamachius vetustiora.) In caemeterialibus vitris, inquit Mamachius, Petri imago semper, quod sciam, dexteram partem occupat. In monumentis veterum christianorum aeneis Petrus modo potiorem, modo laevam partem occupat; idipsum est de marmoreis statuendum, atque etiam de pictis apostolorum imaginibus, deque iis quae musivo sunt opere perfectae, atque etiam de eburneis.

Etsi in sculptis, pictis, musivoque opere perfectis imaginibus Paulus ad Petri dexteram cernatur, tamen id usu stabili, nisi in bullis Pontificum plumbeis, nunquam obtinuit. In iis autem quarum certe vix ulla est Petro Damiano antiquior, Petri semper caput ad laevam Pauli conspicitur.... Quemadmodum introducta fuerit Paulum ac Petri dexteram in pictis, musivo opere perfectis, sculptis, inprimisque in bullis plumbeis exprimendi consuetudo, variae sunt de hoc controversiae genere inter se discrepantes scriptorum opiniones. Sunt enim, et fue-

runt, qui fraude (1), aut casu, atque errore pictorum, caelatorumque factum id fuisse arbitrarentur (2). Contra alii, quod Petrum a Christo, cum inter nos ageret, Paulum autem ab eodem Christo in coelum sublato ad religionis verae cultum vocatum fuisse legissent, indicarique proinde a Petro mortalem hanc, a Paulo vero spiritalem, caelestemque vitam arbitrarentur; Petrum quidem ad sinistram, quae temporariae vitae indicium sit; ad dexteram vero, quae sempiternae, Paulum pingi, sculpique consuesse judicarunt. Quin etiam fuisse aliquos video qui laevam apud gentes plerasque honoratiorem (3) potioremque, adeoque tributam fuisse principi apostolorum defenderent. Alii Petrum ad laevam pictum fuisse dixerunt ab iis, qui rationem esse habendam censerent inspicientium. Nam eum fuisse, pictorum quidem illorum, sculptorumque judicio, collocatum ad dexteram, qui non collegae Apostolo, sed inspicienti dexter fuisset (4).

In hac tanta sententiarum varietate ac discrepantia sic statuit Mamachius. Ut graeci, latinique nunquam, ita ne judaei quidem laevam esse potiorem dextera putaverunt. Ut Petrus sinistrum in veteribus monumentis latus interdum teneret, neque fraude factum est, neque urbanitatis Petri indicandae, Papaeque nominis perficiendi causa, neque habita ratione inspicientium. Nam graviter lapsi sunt, qui habitam a sculptoribus, pictoribusque fuisse censent rationem aspicientium, quasi dexter is esset, cujus imago dextero aspicientis lateri responderet, sinister au-

(1) *Paris Crassus apud Allatium lib. 1. cap.* 6.

(2) *Antonius Caracciolus clericus regular. Theat. epist. ad Leonem Allatium quae extat lib. 1. de Eccles. occid. perpet. consens. cap.* 6.

(3) *Bartholomaeus Chassanaeus in Catal. Glor. Mund. Baronius ad an.* 325. *Aringhius Rom. subter. lib.* 4.

(4) *Mamach. orig. et antiq. Eccl. lib.* 4. *t.* 5.

tem qui sinistro. Ante Leonis III. tempora potiorem Romae fuisse habitam a christianis laevam, commentitium est.

Cum saepe in nummis imperatorum, inque caeteris veterum, sive ethnicorum, sive christianorum monumentis dignior, praestantiorque qui est, si quasi dextera aliquid agat, exhibeatur, laevam occupet, concedendum erit, Petrum, qui in pictis, sculptisque majorum tabulis extensa dextera ad laevam Pauli proponatur, fuisse habitum Paulo excellentiorem.

Vetus consuetudo est, eaque jam a primis imperatoribus Reipublicae populi romani ducta temporibus, ut qui dextera aliquid agentes a caelatoribus, pictoribus, sculptoribus etc. exhiberentur, iidem etsi summa praestabant et auctoritate, et dignitate, ne quid forte distorti minusque apti, et commodi in illorum actione, collocationeque corporis partium appareret, ad laevam saepissime constituerentur. Non discrepant monumenta veterum christianorum. In vase argenteo, quod repertum in caemeteriis urbis est (1), cujusque ectypon in museo Strozzio, ut est Joannes Bottarius auctor, servatur, Christus Petro claves tradens laevum, Petrus eas accipiens dexterum latus tenet. Sinister quoque in vase eodem Christus est caeco dextera restituens oculorum lucem. Josephus qui primas in Aegypto post regem obtinebat partes, dum extensa dextera quaeri in saccis fratrum scyphum jubet, ad eorum laevam exhibetur in pictura vetustissimi codicis bibliothecae Vindobonensis apud Lambecium (2).

(1) *Consul. Fogginium exercit. 20. de rom. D. Petri itin. et apostol. Blanchinium in not. ad Anastas. Bibliothecar. in vitas. Urbani, Bonnarotium osserv. sopra alcuni framm. di vetro, et Bottarium delle sculture, e pitture sagre estratte da' cimiterj di Roma.*

(2) *Lambecius t. 3. Biblioth. Vindob.*

Ex his autem intelligitur, Petrum, quasi aut benedicat, aut doceat, aut loquatur, dexteram extendentem, ejus rei quam dixi, causa fuisse interdum a sculptoribus, pictoribusque ad laevam Pauli collocatum. Nisi enim factum errore est, ut imperatores, reges, ipseque Christus dextera aliquid agentes in sculptis, pictisque tabulis laevum latus tenere videantur, aliam certe consuetudinis illius originem non modo non indicare, sed ne fingere quidem possumus. Atque errore contigisse interdum, ut qui dexter in archetypo monumento esset, idem, incisorum, quos vocant, oscitantia, imperitiaque sinister proponeretur docet Mamachius..... Sed quum incredibile sit, inquit, tot in nummis, totque in monumentis, errore hominum contigisse, ut qui excellentiores essent, si quid dextera agerent, ad laevam constituerentur, factum id fuisse consulto ob agentis commodum, ne quid in actione contorti appareret, confitendum est.

At est nonnunquam in veteribus monumentis ad laevam Petrus, etsi non extendat ad aliquid aut agendum, aut innuendum dexteram. Fateor. Sed sunt ejusmodi monumentorum genera duo. Alterum enim ad priorem Christianae religionis aetatem, alterum ad mediam, infimamque pertinet. Prioris generis illa est lamina aerea, quam in caemeteriis inventam diximus. Sed in ea ita Petrus, Paulusque exhibentur, ut sese mutuo, quasi colloquantur aspiciant. Solebant autem veteres imagines etiam principum ita disponere, ut si conversis ad se mutuo vultibus proponerentur, laevam interdum ei tribuerent, qui esset dignitate praestantior. Quin etiam esse aliquos audio, qui dexterum, aut sinistrum alteri non esse hominem, qui converso vultu eum inspiciat, quicum manet, aut loquitur. Nam Macrini imperatoris filium Diadumenianum aspicientis imago ad laevam exhiberi vide-

tur in gemma ut est apud Gorium (1). Itaque quod Petrus interdum Paulum aspiciens ad sinistram locatus cernatur, si errore factum non est, argumento tamen esse omnino nequit, fuisse Paulum parem potestate Petro.

Quae vero monumenta inferiorum temporum afferuntur ad rem non pertinent. Nam XI. saeculo, quo Petrus Damianus, sequentibusque, quibus alii rationes excogitarunt, ut pingi, sculpique Pauli imaginem ad Petri dexteram mysterio consuesse ostenderent, mirabile videri non debet, plerosque artifices extitisse, qui illis assensi principem apostolorum ad laevam doctoris gentium in sculptis, pictisque tabulis, atque in bullis ipsis Pontificum ponendum arbitrarentur. Estque illud sane perspicuum etsi plumbeae extant permultae Pontificum romanorum bullae, nullam tamen adhuc esse repertam, quae ante saeculum XI. perfecta fuerit exhibueritque ad Pauli laevam Petrum. Immo vero post undecimum saeculum multa et Pontificum numismata, et sigilla quae vocant, conflata scimus, in quibus Petrus ad dexteram Pauli cerni solet (2).

ARTICULUS XI.

Perperam ab adversariis contenditur Petrum Romae non fuisse et usque ad mortem in episcopatu romano non permansisse.

§. I. *P. Ballerini hac de re testimonium.*

Fuit quorundam acatholicorum conatus non levis, inquit P. Ballerinius, primum negare iter s. Petri Romam, dein si hoc iter concedendum sit, inficiari episcopatum ejus romanum, ex quo s. Petri primatus in roma-

(1) *Apud Gorium tom. 2. Musaei Florentini.*
(2) *Mamack. orig. et antiq. Eccl. lib.* 4. *t.* 5. *p.* 476.

nos Pontifices jure successionis transivit. At prima opinatio, quae s. Petri iter Romam negabat, adeo evidentibus explosa est documentis, ut ipsorum quoque heterodoxorum peritissimi illud amplius non negent, nec etsi maxime velint, negare nisi impudenter queant. Altera porro, quae romanum s. Petri episcopatum excludit, praeter alia multa satis vel exinde refellitur, quod nonnisi ex episcopatu, quem Romae s. Petrus instituit, gessitque, romana Sedes *s. Petri Cathedra* semper appellata est in Ecclesia catholica, et in romanorum Antistitum catalogis, quos antiquissimi quoque patres in sua opera inseruerunt, primus semper describitur s. Petrus, cui alii veluti successores subjiciuntur. Id quidem ita manifestum est, ut Joannes Pearsonius, quantumvis heterodoxus non solum affirmaverit, sed etiam demonstravit, nunquam apud antiquos dubitatum fuisse, quin s. Petrus romanam Ecclesiam fundaverit, et romani Pontifices eidem in episcopatu successerint (1).

§. II. *Card. Gotti.*

Idipsum clarissime evincitur etiam a card. Gotti qui sic de Petro loquitur. « Se Roma non fu la sede di s. » Pietro, qual mai sarà stata? Forse la chiesa di Ginevra, » di Coira, di Berna, di Zurigo? Quelle di Olanda, e d'In- » ghilterra ? Se lo sono dirò con Agostino, e con Ottato » Milevitano: *numerate Sacerdotes*. . . . Calvino fondò la » chiesa di Ginevra, Zuinglio quelle d'Elvezia, Lutero » quelle della Germania, i discepoli di costoro hanno » fondate quelle d'Olanda, e d'Inghilterra. Dicasi se al-

(1) *Petrus Ballerinius de vi ac ratione primatus rom. Pontific. cap.* I. *n.* I.

» cun di costoro veniva da Pietro, o da qualche Aposto-
» lo? Nell'ordine de' vescovi che succedettero a Pietro, io
» non ci trovo alcun calvinista, zuingliano, o luterano,
» nè alcun professore de' loro dogmi; dunque le loro chie-
» se non sono quelle che formano la chiesa di s. Pietro...
» Gli antichi scrittori Ireneo, Tertulliano, Cipriano, Gi-
» rolamo, Agostino proponevano la chiesa di Roma per
» chiesa, cattedra, e sede di s. Pietro anche agli eretici
» de' loro tempi, e massime Agostino, e Ottato ai Dona-
» tisti, e da questa formavano argomento contra di loro.
» Se questo non era certo, ma dubbioso, ci voleva tanto
» ai donatisti, e agli altri eretici per rispondere non esser
» certo ma dubbioso, se Roma sia veramente la chiesa
» di s. Pietro? Eppure niuno di tanti eretici mai non si
» oppose a questo punto » (1).

§. III. *Barruel.*

Neque profecto sequentia clarissimi Barruel verba praetermittenda sunt. « Ce n'est point nous d'abord, c'est
» Rome qui vous dit avoir eu son apôtre dans Pierre,
» avoir été témoin de son martyre. C'est elle qui vous
» montre les monumens, que la reconnaissance consacroit
» à la mémoire et aux cendres de Pierre. Et ce qu'elle
» vous dit aujourd'hui, elle l'a dit à tous, dès le com-
» mencement, par l'organe de ses vénérables prêtres, qui
» ne disoient eux-mêmes, et n'écrivoient que ce qu'ils
» avoient vu. Rome l'a dit surtout aux anciens sectaires
» ennemis de sa foi; et quand elle nous montre aujour-
» d'hui ses trophées sur le tombeau de Pierre, elle ne

(1) *Gotti la vera Chiesa di Cristo t. 2. par. 1. art 2. §. 13. p. 123. et seq.*

» fait que répéter ce que disoit le vénérable Caius op-
» posant à l'orgueil des sectaires l'autorité du siége apo-
» stolique: « Je vous montrerai moi, les trophées des apô-
» tres (saint Pierre et saint Paul): Montez au Vatican, et
» de-là transportez-vous sur la voie d'Ostie. C'est-là que
» reposent les cendres de ceux qui ont fondè cette Église
» de Rome. »

» Rome trace aujourd'hui la liste de ses premiers Pon-
» tifes: Pierre, Lin, Clet, Clément; c'est l'ordre dans le-
» quel elle nous a transmis leur succession. La liste se
» prolonge; mais Pierre reste toujours en tête. Et cet or-
» dre, c'est dès les premiers siècles que l'ont tracé les Iré-
» née, le Tertulien, les Optat, les Eusebe . . . S'il n'est pas
» vrai que Pierre se soit jamais assis sur le siége des Pon-
» tifes romains, c'est en vain que ces Pontifes se disent
» les héritiers de sa puissance. Il faut chercher ailleurs, et
» cette pierre à laquelle sont attachées toutes les promes-
» ses, et ce pasteur à qui tous doivent essentiellement se
» réunir pour appartenir à Jésus-Christ. Tous le savent,
» et tous s'inclinent ; tous, et ceux-là même qui auront
» les premiers droits à l'héritage, si celui des Papes n'est
» pas incontestable. Evode, Ignace, Héron, Corneille,
» Théophile, Maxime, Sérapion, sont assis successive-
» ment sur le siége d'Antioche. Ils savent, ces Pontifes,
» et toute l'Eglise sait comme eux, que ce siége a été
» originairement celui de Pierre, ils le savent, et sur ce
» siége même, ils enseignent à leurs ouailles, que Pierre
» avoit reçu le droit de gouverner toute l'Eglise ; *Eccle-*
» *sia quam Petrus regendam accepit* (1). C'est Théophi-
» le, évêque d'Antioche, qui le prêche à son peuple. Ce
» Théophile et tous ceux qui, avant ou après lui, sont

(1) *Theoph. Antioch. alleg. l. 2. in Marc.*

» assis sur ce même siége, savent également que si Pierre » n'a pas transporté ailleurs, avec sa primauté, ce droit » de gouverner l'Eglise, c'est à eux qu'il appartient par » voie de succession; et cependant, ni Théophile, ni au- » cun de ses prédécesseurs ou successeurs sur le siége » d'Antioche, ne réclament cette primauté, ni aucun des » droits uniquement fondés sur la succession de Pierre!... » Si Pierre n'a jamais fait de Rome la ville de son siége, » la puissance qui lie et délie tout, est restée attachée au » leur. C'est un crime dans eux, de laisser l'Eglise dans » l'erreur sur son vrai chef; ou plutôt c'est ici le crime de » l'Eglise entière. Elle laisse l'usurpation dominer; elle » autorise l'erreur des fidèles, sur une puissance qui ne » peut être celle de Jesus-Christ, qu'autant qu'elle est » l'héritage de Pierre » (1).

» Les Dioscore, les Timothée d'Alexandrie, les Photius » de Constantinople se sont élevés contre le siége de Ro- » me. Ils avoient pour leur ambition, l'antipathie des na- » tions, les factions, et les partis. Ils jalousoient l'autorité » de Pierre, ils violoient tous les droits de son siége: et » jamais ils n'osèrent contester aux Papes le titre de suc- » cesseurs de Pierre » (2).

§ IV. *Cardinalis Gerdil.*

Eminentissimum quoque Gerdilium sic loquentem audiamus. « Calvino stesso non osò negare del tutto che s. Pietro sia stato almeno per qualche tempo vescovo di Roma (3). Produrremo il catechismo di Colbert il quale insegna: » Non esservi cosa più certa, ed incontrastabile,

(1) *Barruel du Pape etc. t. 1. chapitre* 8.
(2) *Barruel Ibid.*
(3) *L. 4. instit. c.* 6. §. 15.

che s. Pietro sia stato a Roma, e che vi abbia stabilita la Sede del suo vescovado, e che vi sia morto: Che sopra questo fondamento tutta la Chiesa ha riguardato in tutti i secoli la Sede del vescovo di Roma come la prima Sede: e tutti i Papi sono stati riguardati come possessori di diritto Divino in qualità di successori di s. Pietro d' un primato d'onore, e di giurisdizione in tutta la Chiesa » (1).

§ V. *Tertullianus ac Hieronymus in episcopatu Romano Petrum usque ad mortem permansisse ostendunt.*

Usque ad mortem in episcopatu romano permansisse Petrum, praeter Tertullianum (2) Eusebium (3) docet Hieronymus (4) qui ita de Petro loquitur. » Secundo anno Claudii ad expugnandum Simonem Magum Romam pergit, » ibique 25 annis Cathedram sacerdotalem tenuit usque » ad ultimum Neronis; « deinde subdit » sepultus Romae » in Vaticano juxta viam triumphalem, totius urbis veneratione celebratur » (5).

§ VI. *Card. Bellarmini hac de re testimonium.*

Si non fuit Petrus episcopus Romae usque ad mortem, exponant adversarii, inquit Bellarminus, ubi Petrus sederit ab eo tempore, quo reliquit Antiochiam. Nam non mansisse Petrum perpetuo apud Antiochiam, Antiocheni ipsi confitentur, et satis id probat Ecclesiae consuetudo,

(1) *Gerdil confut. di due Libelli contro il breve* super soliditate *p.* 3. §. 4. *tom.* 12, *p.* 338.
(2) *Tertul. in Scorpiaco cap.* 15.
(3) *Euseb. lib.* 2. *hist. Eccl. c.* 25.
(4) *Hieronym. de Viris illustr. cap.* 1.
(5) *Gazzaniga t.* 1. *par.* 2. *dissert.* 4. *cap.* 3. *n.* 63.

quae nunquam attribuit primum locum episcopo Antiocheno. Et nulla Ecclesia est, aut fuit quae assereret episcopum suum fuisse Petrum, excepta Antiochena et Romana; num ergo dicemus, Petrum non fuisse ullius loci episcopum? Sed adversarii hoc dicere non possunt, quippe qui Petrum volunt fuisse non episcopum universalis Ecclesiae, sed alicujus tantum particularis. Dicant igitur ubi fuerit episcopus Petrus, vel si fuerit Romae episcopus, et postea mutavit sedem, dicant si possunt, quo eam transtulerit (1)?

§ VII. *Solvitur adversariorum objectum quo Petrum neque sub Claudio, neque sub Nerone potuisse Romae esse ostendere conantur.*

Petrum neque sub Claudio, neque sub Nerone potuisse Romae esse, adversarii nobis venditare student; at perperam omnino, siquidem et Claudio et Nerone imperantibus, eum Romam venire potuisse, ibique Cathedram erigere sic Gazzaniga ostendit. Potuit anno Claudii secundo Romae esse; inde anno sequente descendere in Palaestinam, ubi ab Herode comprehensus fuit; vel etiam post liberationem a vinculis Herodianis Romam proficisci, indeque postea in Palaestinam remeare, Ecclesiam Antiochenam fundare, varias regiones evangelizando peragrare, et tandem sub Nerone iterum Romam pergere, ut ibi repositam martyrii coronam acciperet (2).

§ VIII. *Ex eo quod Paulus Romanis scribens plurimos salvere jubeat, et Petri non meminerit, Petrum Romae episcopum non fuisse minime sequitur.*

Nil profecto obest quod ab adversariis opponitur, Paulum nempe ad Romanos scribentem multos jubere salu-

(1) *Bellarmin. de rom. Pontif. lib. 2. cap. 4.*
(2) *Gazzaniga par. 2. t. 1. dissert. 4. cap. 3. n. 89.*

tari, nullam vero Petri mentionem fecisse. Nil enim hujusmodi taciturnitas evincit ut Pozzolus animadvertit, cum et Joannes episcopus Ephesi, et Jacobus Hierosolymae in epistolis ad Ephesios, et Hebraeos nunquam nominentur, neque ostenditur Petrum nunquam fuisse Romae, eo quod tunc non fuerit, cum ex Epiphanio (1) » propterea Petrus assumpsit sibi in coadjutores Linum et » Cletum, qui in absentia sua Romae episcopa ia munia » obirent » (2).

CONCLUSIO

Sed concludere mihi fas sit cum Paulò Benaglia Veronensi ita loquente. « Dimentichi il suo Giuseppe l'Egitto, non parli di Giosuè il sole, taccia di Mosè l'Eritreo, chè davanti alla podestà di s. Pietro, ogni comparazione vien manco. Ascoltami, o Pietro, spingi nell'avvenire lo sguardo, numera tempi, percorri provincie, calcola generazioni: quanto di grande, e pregevole è in terra per lunghezza d'anni, per magnificenza, per estension, per durata, tutto formerà la gloria di te, e del tuo trono. I più ameni studj e i più gravi di nuove scoperte, e di grazie nuove si adorneranno per opra di Roma divenuta centro di religione. Cadrà l'impero d'Oriente; le sublimi scienze, le umane lettere, le arti belle dalla diletta lor Grecia sbandite ricovreranuosi all'ombra del Vaticano; il pontificale tuo solio coronato dai più belli ingegni del mondo proteggerà carezzando i sapienti, e i letterati fuggiaschi da Bisanzio, e da Atene.

Quanti popoli v'hanno mai sulla terra conosceranno il

(1) *Haeresi* 27.
(2) *Pozzolus de rom. Petri episcopat. lib.* 1. *cap.* 2. *card. Gotti la vera Chiesa di Cristo t.* 2. *par.* 1. *art.* 2. §. 13. *n.* 58.

nome di Pietro, il sacerdozio ne adoreranno: diversi d'idioma, d'indole opposti, per emulazione rivali, alla divina tua podestà renderanno onore concordemente *a mari usque ad mare.* Ne'tempi più tardi comparirà un altro emispero diviso per immensa lontananza dal nostro; stupiranno in vedersi gli abitatori dell' antico mondo, e del nuovo: a quelle genti si porterà il vangelo, si annunzierà il nome di Cristo, e di Pietro: e soprafatte dalla santità del vangelo, e dalla maestà del Pontefice quelle generazioni spediranno legati che tra venti e procelle infinito mar traversando portino a piè del tuo solio gli omaggi della seconda metà degli uomini, *filii tui de longe venient.* Il pontificale tuo solio durerà quanto il mondo *usque ad consummationem saeculi.* Aggirantisi come su mobil perno le umane cose si volgono in perpetua vicenda di nascere, di morir, di risorgere; ma il tuo solio quasi punto immobile in cerchio starà *usque ad consummationem saeculi:* con alterno variar di genio e costume i barbari secoli ai civili, i rozzi ai colti succederanno; ma lo spiritual tuo seggio per egual fermezza in ogni tempo starà *usque ad consummationem saeculi.* Fremente di rabbia a suoi danni s' armerà l' inferno, ma con inutili sforzi, *portae inferi non praevalebunt;* pugnerà contr' esso l'invidia de' minori consacerdoti, ma invano: pugnerà contr' esso lo scisma, l'empietà, l'eresia, ma invano, *portae inferi non praevalebunt*: lunghe saranno le guerre, le tentazioni ostinate, duri i cimenti; ma la fermezza del tuo solio starà, e gli anni di sua durata si conteranno con quei del mondo, *usque ad consummationem saeculi, portae inferi non praevalebunt* » (1).

(1) *Paulus Benaglia Veronensis orazione di s. Pietro apostolo.*

DISSERTATIO II.

DE ROMANI PONTIFICIS PETRI SUCCESSORIS PRIMATU

CAPUT I.

In Pontificatu universae Ecclesiae aliquem Petro succedere oportet.

Oportere Petro aliquem succedere in Pontificatu Ecclesiae universae, juxta Bellarminum ex fine Pontificatus colligitur. Nam certum est, inquit ipse, Pontificem esse propter Ecclesiam, non Ecclesiam propter Pontificem; Ecclesia autem non minus eget nunc uno pastore, quam tempore apostolorum, imo vero etiam magis. Non igitur moriente Petro, interire debuit Pontificatus, qui non in Petri commodum, sed in Ecclesiae utilitatem institutus erat. Officium pastoris est officium ordinarium et perpetuum: siquidem ex natura rei tamdiu durare debet officium pastoris, quamdiu manet ovile; ovile autem manet, et manebit usque ad mundi consummationem. Insuper cum Dominus ait Petro « pasce oves meas » omnes oves suas ei commisit, neque solum omnes ratione loci, sed etiam ratione temporis; sed Petrus non semper victurus erat in carne; igitur cum ei Dominus ait *pasce oves meas*, in illo omnes successores ejus alloquutus est (1).

(1) *Bellarminus de rom. Pontifice lib.* 2. *cap.* 12. *vid. etiam Gregorium P. XVI. epistola encyclica ad episcopos, capitula, parochos, caeterumque clerum Helvetiae incip. commissum divinitus* 16. *Cal. Junias an.* 1835.

Hinc jure meritoque clarissimus Barruel scribebat: « Il ne venoit pas établir sur la terre l'Eglise d'un jour, ou d'un temps, celui qui en fondant la sienne sur Pierre, avoit soin de lui dire : je bâtirai mon Eglise sur toi, *et les portes de l'enfer ne prévaudront jamais contr'elle.* Elle est donc manifeste ici l'intention de Jésus-Christ. Autant il a voulu que son Eglise triomphât des enfers jusqu'à la fin des temps, autant il a voulu qu'elle fût éternelle, cette hiérarchie de prêtres, de Pontifes, et d'un chef des Pontifes, établie pour le gouvernement de son Eglise, autant il a voulu que jusqu'à la fin des temps, à la tête de ce gouvernement de son Eglise, nous eussions à révérer un chef muni de toute la puissance qu'il avoit donnée à Pierre. Mais ce Pierre devoit couronner ses travaux; la durée de son empire personnel devoit se terminer par un douloureux martyre, que Jésus-Christ même lui avoit annoncé; il falloit donc qu'à Pierre succédassent, jusqu'à la fin des temps, des pasteurs revêtus comme lui, de toute l'autorité de Jésus-Christ, assurés comme lui, que ce qu'ils lieroient ou délieroient sur la terre, seroit également lié et délié dans les cieux, et en vertu du même titre. » (1).

Ceterum Petrus jam in coelo existens, inquit Adamus Tannerus, vel adhuc manet Ecclesiae caput, fundamentum, et petra, vel non. Non primum, quia sic duo essent invisibilia capita Ecclesiae, nimirum Christus et Petrus; cum tamen praeter Christum invisibile caput Ecclesiae, omnium sententia, nullo alio invisibili capite opus sit; si secundum dicitur, necesse est, et fundamento Ecclesiae fuisse substitutum; ne fateamur Ecclesiae corpus et aedificium periisse (2).

(1) *Barruel du Pape tom. 1. chapitre 6.*
(2) *Adamus Tannerus in 2. 2. D. Th. disp. 1. q. 4. dub. 2.*

Accedit quod Christus, ut inquit Natalis Alexander, Ecclesiam fundavit in aeternum tempus duraturam; ergo in ipsa instituit perpetuam regiminis formam, quae non in s. Petro dumtaxat, sed in ejus successoribus eluceret. At regimen Ecclesiae ex Christi institutione monarchicum est. Ergo debet esse perpetuo monarchicum. In Monarchia porro unus extat supremus princeps, qui rerum summam administret; ergo in Ecclesia summum Pontificem extare necesse est, qui illam regat; is vero est Romanus Pontifex successor Petri tota traditione consentiente.

Quod Ecclesiae regimen ex institutione Christi sit monarchicum, multis probatur. Primo, optima regiminis forma in Ecclesia instituta a Christo est. Sed Monarchia omnibus regiminis formis antecellit, ipsa natura teste, quae regem unum apibus, gregibus ducem unum, armentis rectorem unum praeficit (1). Ratio cur regimen monarchicum aliis praefertur est, inquit Alphonsus de Ligorio, quia monarchia, quae ab uno solo pendet, difficilius, quam aristocratia dependens a pluribus, dividi, et destrui potest; et ex historia patet regimen monarchicum omnibus aliis fuisse melius (2).

(1) *Natalis Alexander histor. Eccl. saec. 1. dissert. 4.*

(2) *Alphonsus de Ligorio vindiciae pro suprema Pontificis potestate capit. 6.*

S. Thomas lib. 4. contra gentes cap. 67. « Optimum regimen multitudinis est, ut regatur per unum; pax enim et unitas subditorum finis est regiminis, unitatis autem congruentior causa est unus, quam multi. »

Plato « Unius dominatio, bonis instructa legibus, lex illarum omnium optima est. »

Vid. Aristotel. lib. 8. ethic. cap. 10. vid. Plutarchum opusc. de monarch.

Zacaria Anti-Febronio dissert. 1. cap. 3. n. 1. « Etiam animalia, et ferarum greges, ait Hieronymus, (epist. 4. ad Rusticum Monachum) ductores sequuntur suos. In apibus principes sunt. Grues unam se-

Secundo in Ecclesia veteris testamenti, ab Aarone praefuit semper unus summus Pontifex, seu princeps sacerdotum. Cum itaque illius temporis Ecclesia figura fuerit Ecclesiae per Christum constituendae, ratio postulat ut sicut in illa praeter Deum invisibilem rectorem fuit semper unum caput visibile, ita et Ecclesia praeter Christum, pastorem atque rectorem supremum, et aspectabilem obtineat.

Ecclesia domus est. Nonne igitur unus esse debet illius dominus, unusque in ea aeconomus constitui? Ecclesia unum corpus est. Quemadmodum igitur in membrorum multitudine caput unum est, quod omnia membra nectit, ac regit; ita in Ecclesia Christi unum caput supremum esse debet. Quodnam porro illud est, nisi romanus episcopus (1)?

Necessarius est pastor unus, inquit Joannes Bernardus Pozzolus, ut Ecclesia catholica sit ovile a Prophetis praevisum, et exercitus ille, cui unus praeponitur ductor. Necessarius est pastor ut Christi ovile custodiat, et late cribratos unus confirmet. Necessarius est pastor unus, ut novus Pontifex veteri respondeat, qui Ecclesiam regere divinitus jubeatur. Non semper vivit Petrus, et post ipsum est necesse, ut concilia oecumenica quis cogat, ut quis illis praesideat, ut quis illa confirmet.

Unus debet esse pastor, ut una sit radix Ecclesiae a Petro ipso derivata (2). Unus debet esse pastor ut capite constituto, schismatis occasio tollatur (3). Unus debet esse

» *quuntur ordine litterato. Imperator unus, judex unus provinciae. Ro-*
» *ma ut condita est, duos fratres simul habere reges non potuit. In navi*
» *unus gubernator; in domo unus dominus, in quamvis grandi exercitu*
» *unius signum expectatur.* »

(1) *Natalis Alexander hist. Eccl. saec.* 1. *dissert.* 4.

(2) *Cyprian. de Ecclesiae unitate.*

(3) *Optat. adversus Donatistas, et Hieronymus adversus Jovinianum.*

pastor ut quando Synodus congregari non potest, fidei causas cognoscat, et solus decidat. Unus debet esse pastor ut oves omnes praesidium exposcant, quae est ratio Hieronymi. Unus debet esse pastor ut Ecclesiae unitas per unum servetur, quae ratio est Paciani, et Optati. Unus debet esse pastor ut Synodum spuriam a legitima secernat, quae ratio est admirabilis Damasi, et magni Basilii. Unus denique debet esse pastor ut cathedra una monstretur, quae ratio est Optati, et Cypriani.

Unum debuit esse caput, unde fidei influxus in caetera membra descendat; quae ratio est Augustini, Optati, Hieronymi. Unum debuit esse caput a Christo institutum, ut ad ipsum toties recurratur, quoties agitur de sanitate membrorum, et nutantis fidei firmitate. Una sit Petri sedes, ut ad ipsam de singulis provinciis, Domini referant sacerdotes, ut arguit Synodus Sardicensis. Unus sit Petrus qui in propria sede vivens, et praesidens praestet quaerentibus fidei veritatem, ut scribit Euticheti Chrisologus. Unus sit pastor qui canones custodiat, aut dispenset, quae ratio est magni Leonis, et Chalcedonensis concilii. Ut innumeris controversiis judex donetur a Christo, ut denique sit electus a Domino, qui frequentissimis Ecclesiae necessitatibus provideat.

Non erat inter apostolos, qui falcem in alienam messem immitteret, non erat qui zizania seminaret in tritico, qui schismata conflaret, non erat qui lupus praesideret ut pastor, nec qui traditiones traditionibus, Concilia opponeret Conciliis, et tamen electus est unus, ut capite constituto, schismatis tolleretur occasio. Qua validiore ratione superesse debuit post Petrum, ubi orbem universum mala ista inundarunt, ubi haereses, ubi schismata judicem, ubi tempestates innumerae Ecclesiae navi Nau-

clerum exigebant, ubi pastores ipsi gregem destruebant, necessarius erat qui servaret.

Nihil est tam necessarium quam unus praecessori successor, unus ovili perpetuo pastor, unum domui aeternae fundamentum, unus controversiis judex. Nihil est tam necessarium Ecclesiae quam traditiones veras a falsis discernere. Nihil est tam necessarium quam concilia conciliis opposita vel in irritum mittere, vel ut vera firmare. Nihil denique tam necessarium est quam concilia oecumenica a latrocinalibus distinguere. Experientia omnium saeculorum unius pastoris necessitatem evidenter ostendit, et in aetate ab apostolicis patribus, ut loquitur etiam Itigius Lutheranus, illustrata eximie apparet. Ibi traditiones traditionibus opponuntur, ibi rebaptizandos haereticos ex scriptura ipsa evincere conantur Aphri .... ibi Ecclesiam universam discindebat Novatus, ibi Dei filius dicebatur ab Ebione non extitisse ante matrem, ibi novum paracletum in Ecclesiam introducere contendebat Montanus, ibi Deus ipse a Manichaeis dividebatur in bonum et malum, ibi haereses innumerae, ibi impurissimi haeretici Nicolaitae. Quisnam ergo providit Ecclesiae? An concilia oecumenica nondum convocata? An regionalia concilia quae ad romanum Pontificem mittebantur approbanda? An episcopi a Papa judicati etiam totius Asiae? Et cui non notus in causa Simonis Petrus, in causa Ebionitarum Clemens, in causa Montani Zephyrinus, in causa Paschatis Victor, in causa Novati Cornelius, in causa Baptismi Stephanus?

Major est in Ecclesia universali unius pastoris necessitas, quam in Ecclesia particulari. Errat in diaecesi pastor, et a metropolita corrigitur, errant Patriarchae omnes, et Concilium congregari non potest, a quo ergo corriguntur? Errat particulare Concilium, et a generali an-

nullatur, errat generale, (nondum scilicet confirmatione Pontificia praeditum) et a nullo nisi a Romano Praesule mitti in irritum potest. Synodi Synodis opponuntur, provinciae provinciis, quis eas impedito concilio concordabit? Extremae tandem Ecclesiae necessitati romanus episcopus providit. Fovebant Eutychianam haeresim, vel ubique disseminabant Patriarchae omnes, et Concilium congregari non poterat, et romanus episcopus incendium illud quod universam vastabat Ecclesiam solus extinxit. Armaverat Dioscorus in Eutychetis auxilium et Patriarchas omnes, et principem, et concilium Ephesi universum, et cuncta Leo in irritum misit. Turbaverat et occidentis episcopos, et orientem universum Ariminense concilium teste Basilio orientis Exarcho, et ipsemet Damasum exorat, ut auctoritate sua usus, tantam procellam in tranquillitatem convertat. Everterat Ecclesiam universam arianorum colluvies, et orbem totum uni Liberio opponebant, et solus Liberius adversum omnes Athanasium defendit (1).

Aufer a Romano Pontifice potestatem supremam et ejus plenitudinem, inquit Muzzarelli. Quis extra concilium canones definitive interpretabitur, moderabitur, dispensabit, et nascentibus quotidianis diversis circumstantiis attemperabit? quis auctoritate suprema dubia resolvet, haereses in suis initiis comprimet, veritatem circa fidem, vel mores determinabit? quis novas leges universitati fidelium constituet, quas exigit superveniens tam saepe non praevisa Ecclesiae necessitas? Attende Concilium futurum generale, quam profunde radicem jam demiserunt in Ecclesiae sinu abusus, discordiae, haereses,

(1) *Joannes Bernardus Pozzolus de successione rom. Pontificis lib. 2. par. 1. cap. 13.*

errores, et Ecclesiasticae disciplinae subversivae universales transgressiones! Concede potestatem jurisdictionis s. Pontifici, sed limitatam, a canone moderatam. Quis praevaricator ei obtemperabit? Quis non reclamabit transgressos limites, et violatos canones (1)?

« Se la Divina provvidenza, inquit idem Muzzarelli,
» giudicò di stabilire un suo vicario in terra ne' primi
» giorni della Chiesa, apparteneva molto più alla stessa
» provvidenza il perpetuare questo capo per i bisogni dei
» tempi futuri. Se non ostante la straordinaria mission
» degli apostoli, e l'autorità di fondar chiese ad essi con-
» cessa, tuttavia Gesù Cristo dette a Pietro una podestà
» ordinaria di onore e di giurisdizione; come volete poi
» ch'egli annientasse questo governo monarchico, quando
» insieme cogli apostoli fosse cessata la straordinaria loro
» missione ed autorità? Se quando uno non avea mestieri
» dell'altro, nondimeno si destinò fra loro un capo, che
» dovea poi avvenire, allorchè tutti avessero avuto me-
» stieri di un capo, a cui ricorrere, e consultare? La stes-
» sa promessa fatta a Pietro di fondare sopra di lui una
» Chiesa ferma, invincibile, e permanente, non si sten-
» deva forse anche al tempo futuro, anzi più al futuro
» che al presente? Imperocchè ne' primi tempi, e viventi
» gli altri apostoli, la Chiesa poteva ricever qualche for-
» ma ed unità, anche da essi mediante la straordinaria
» loro missione. Ma ne' tempi avvenire mancando l'au-
» torità straordinaria degli apostoli, se fosse perita ezian-
» dio l'autorità de' successori di Pietro, dov'era il centro,
» dove il capo, dove l'unità, la fermezza e immobilità
» della Chiesa » (2)?

(1) *Muzzarelli de auctoritate rom. Pontificis tom.* 1. *proemio pag.* 58.
(2) *Muzzarelli il buon uso della logica in materia di religione tom.* 1. *opuscolo* 3. *pag.* 124.

ARTICULUS I.

Ipse Petri successor est romanus Pontifex.

Quod iste Petri successor sit romanus Pontifex, facile probari potest, inquit Bellarminus: nullus enim est, nec fuit unquam, qui se Petri successorem ullo modo asseruerit, vel pro tali sit habitus praeter Romanum, et Antiochenum episcopum: sed Antiochenus non successit Petro in Pontificatu Ecclesiae totius: nam non succeditur, nisi cedenti locum vel per mortem naturalem, vel per mortem legitimam, idest depositionem, vel renunciationem: Petrus autem adhuc vivens, et Pontificatum gerens, Antiochenam Ecclesiam reliquit, et Romae sedem suam fixit; restat igitur ut romanus episcopus, qui Petro in urbe Roma morienti successit, eidem in tota ipsius dignitate et potestate successerit. Observat insuper Bellarminus aliud esse successionem, aliud rationem successionis: nam successio ss. Pontificis in pontificatum Petri, ex instituto Christi est; ratio autem successionis, qua romanus Pontifex potius quam Antiochenus, vel aliquis alius succedat, ex facto Petri initium habuit (1).

« Multa sunt, inquit Gerdil, quae ut sint, et existant, » factum humanum praerequirunt; statim autem atque » facto humano prodierunt, divino plane jure sanciuntur. » Facto humano ineuntur foedera nuptiarum; quis propterea neget, a Deo plane conjungi, qui sponte ac libere in hanc legitimam, et individuam societatem » coeunt? Quod baptismus conferatur, factum est huma- » num; quod per baptismum rite susceptum christianae » quis militiae indelebili charactere adscribatur, jus est, » institutumque divinum. Factum est humanum quod

(1) *Bellarmin. de rom. Pontifice lib 2. cap. 12.*

» singularis homo in Petri successorem eligatur; quod in » Petri successorem transeat primatus potestas, jure id, » institutoque divino fieri, nec ipse diffitetur Febronius. » Non ergo confundendum factum cum jure, quod posito » facto divina institutione exoritur. Factum quidem in- » terponitur, idque humanum; sed eo posito praevia Chri- » sti institutione jus ipsum divinum exserit sese, et ex- » plicat. In primatus nexu cum romana Sede factum hu- » manum in eo situm est, quod eam Petrus propriam » sibi ultimamque Sedem delegerit, quod ipsum etiam di- » vino instinctu, et monitu fecisse credi par est (1). Quod » vero primatus ad eam sedem pertineret, quam Petrus » hoc pacto delegisset, id porro illi divino instituto ac- » ceptum referendum est, quo Christo placuit primatum » Petro, ejusque in sua Sede successoribus in aevum de- » mandare » (2).

Audiatur hac de re Benedictus XIV. (3) « Petrus uni- » versalis Ecclesiae pastor a Christo Domino renuntiatus » potuisset utique, ea suprema totius Ecclesiae praefe- » ctura retenta, nullius particularis Ecclesiae regimen ca- » pessere, sicuti reipsa nullius specialem administratio- » nem suscepit primis aliquot a Christi Domini in coe- » lum ascensione annis; potuisset Antiochenam Eccle- » siam, quam deinde elegit, pluresque annos episcopus » gubernavit, perpetuo retinere; potuisset denique Eccle- » siam romanam, ad quam postmodum suam transtulit » Sedem, relinquere, alio se conferre, et alterius urbis » peculiarem curam, seu episcopatum assumere. At cum » haec, quae fieri potuerunt, minime facta sint; sed Pe-

(1) *S. Thomas* 3. *par. q.* 35. *art.* 7. *ad* 3.
(2) *Gerdil t.* 13. *animadvers. in comment. a Febron. edit. in suam retractationem, animadvers. in positionem* 9.
(3) *Benedictus* 14 *de Synod. Diaeces. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 1.

» trus suam Sedem Romae fixerit, per annos vigintiquin-
» que firmiter retinuerit, et in ea martyrio coronatus
» gloriose obierit, sive id evenerit ex divino praecepto,
» seu expressa revelatione ipsi Petro specialiter a Deo
» facta, sive ex sola voluntate Petri, licet divinitus in-
» spirata, inde factum est, ut supremi Pontificatus prae-
» rogativa ita insita remanserit romanae Sedi, ut qui in
» hac Petro succedit, necessario succedat in totius Eccle-
» siae primatu Petro, ejusque legitimis successoribus a
» Christo collato » (1).

CAPUT II.

Patrum ac ss. scriptorum auctoritas R. Pontificis primatum luculentissime confirmat.

ARTICULUS I.

Ss. Irenaeus ac Cyprianus.

Sed jam Ecclesiae Patres ac ss. scriptores audiamus de R. Pontifice loquentes: s. Irenaeus in primis (2) dicit Romanam Ecclesiam omnium esse maximam, et antiquissimam, ad quam propter potiorem principalitatem necesse est omnem Ecclesiam convenire, hoc est eos qui sunt undique fideles (3).

(1) *Card. Bellarminus controvers. t. 1. de rom. Pontif. lib. 2. cap. 12. vid. Suarez in defensione fidei adv. anglicanae sectae error. lib. 1. cap.* 5. *et lib.* 3. *cap.* 13. *vid. Petrum de Marca dissert. 1. de singulari primatu Petri, et Marcum Antonium Capellum disput. 2. de successione episcopi romani in Pontificat. cap. 1.*

(2) *S. Irenaeus lib.* 3. *cap.* 3.

(3) *Omnes machinas, inquit Balutius, movent haeretici, ut ostendant, nihil hic extraordinarium tribui Ecclesiae romanae, principalem vocari*

Pulcherrima sunt etiam quae habet s. Cyprianus. « Na- » vigare audent ad Petri cathedram, atque ad Ecclesiam » principalem, unde unitas sacerdotalis exorta est » (1). » Ecclesia una est, quae in multitudinem latius incre- » mento foecunditatis extenditur. Quomodo solis multi » radii, sed lumen unum: et rami arboris multi, sed ro- » bur unum tenaci radice fundatum; et cum de fonte » uno rivi plurimi defluunt, numerositas licet diffusa vi- » deatur exundantis copiae largitate, unitas tamen serva- » tur in origine; avelle radium solis a corpore, divisio- » nem lucis unitas non capit; ab arbore frange ramum, » fructus germinare non poterit, a fonte praecide rivum, » praecisus arescet. Sic et Ecclesia, Domini luce perfusa, » per orbem totum radios suos porrigit, unum tamen lu- » men est, quod ubique diffunditur, nec unitas corporis » separatur: ramos suos in universam terram copia uber- » tatis extendit; profluentes largiter rivos latius expandit; » unum tamen caput est, et origo una, et una mater foe- » cunditatis copiosa; illius foetu nascimur, illius lacte nu- » trimur, spiritu ejus animamur » (2).

dicentes pro magnitudine sua . . . Haec potentia principalis non potest referri ad potentiam romani Pontificis in imperio, quae nulla prorsus erat, sed ad potentiam ejus in Ecclesia, quam oportet fuisse maximam cum Irenaeus eam vocet principalem. Adversus hunc Irenaei locum disputant Irenaei interpretes Nicolaus Gellasius, David Blondellus, et Joannes Clericus in sua historia Ecclesiastica ubi contendit Irenaei interpretem debuisse scribere potiorem antiquitatem, *idest ut ille explicat majorem. Poterant tamen advertere Tertullianum dixisse in lib. de praescriptionibus adversus Haereticos nobis auctoritatem praesto esse ex urbe Roma; et Cyprianum non semel dixisse, Ecclesiam aedificatam esse super Petrum, et exordium unitatis ab ea proficisci. Itaque certum est hic agi de auctoritate episcopi romani, ad quam antiquitus confugere solebant episcopi, qui se a collegis suis oppressos querebantur. Balutius apud Auctorem oper. cui tit. Italus ad Febronium t. 2. p. 222.*

(1) *Cyprianus epist.* 55. *quae est ad Cornelium.*

(2) *Cyprian. de unitate Ecclesiae.*

Declarat s. Cyprianus ut animadvertit Alphonsus de Ligorio, Dominum ut unitatem Ecclesiae demonstraret, disposuisse quod principium nempe Ecclesiasticae potestatis proficisceretur, seu manaret ab unitate, sive ab uno capite, nam si manaret a multiplici capite, Ecclesia non amplius esset una, sed multiplex et divisa, nec unitas ejus amplius servari posset; et ideo s. Cyprianus comparat principium unitatis Ecclesiae ad unum lumen solis, ex quo multi radii prodeunt: ad unam radicem, ex qua manant multi rami; ad unum fontem, ex quo plures rivi defluunt, ita ut omnis vigor radiorum, ramorum, et rivorum ab uno sole, ab una radice, et ab uno fonte derivet (1). S. Cyprianus, ut inquit Bellarminus, sedem Petri comparat capiti, radici, et fonti; sicut autem in corpore virtus membrorum derivatur a capite, in arbore virtus ramorum oritur a radice, in omni rivo aqua fluit a fonte; sic in Ecclesia omnis episcopus dependet a Papa qui est caput, radix et fons potestatis (2). Nec obest quod Cyprianus ait, episcopatus unus est cujus pars in solidum a singulis tenetur. Nam audire praestat, quae in litteris ad Stephanum Cyprianus scribit, « facere te oportet, inquit, plenissimas » litteras ad coepiscopos nostros in Galliis constitutos, ne » ultra Marcianum pervicacem, et superbum, et divinae » pietatis, ac fraternae salutis inimicum collegio nostro » insultare patiantur. » Si episcoporum par erat auctoritas, inquit Mamachius, neque praestantior Cypriano, ejusque collegis Stephanus potestate erat, quid causae fuit, cur Cyprianus opus esse arbitraretur opera Stephani, ut ne Galli deinceps a Marciano ordini Praesulum insul-

(1) *Alphonsus de Ligorio vindiciae pro suprema Pontificis potestate capit. 7. n. 3.*

(2) *Bellarminus apud Alphonsum de Ligorio cit. loc.*

tari ferrent? Tanti enim aestimata a Gallis fuisset epistola Stephani, quanti Cypriani, si aequalis eorum in regenda Ecclesia potestas, auctoritasque fuisset. Neque vero si Stephano se Cyprianus aequasset, unquam haec addidisset. « Dirigantur in provinciam et ad plebem Arelate consistentem a te litterae, quibus abstento Marciano, alius in locum ejus substituatur, et grex Christi, qui in hodiernum ab illo dissipatus, et vulneratus contemnitur, colligatur (1).

